

D E
V E T E R V M
C L Y P E I S ,
B L A S I I C A R Y O P H I L I .
O P V S C V L V M.

In quo plura, quae ad Graecam, Romanamque militiam pertinent, explicantur, et illustrantur.




L V G D V N I B A T A V O R V M ,
T Y P I S E L I A E L V Z A C , J V N
M D C C L I

Willa [Signature]

**Quis autem est , quem non moveat clarissimis monu-
mentis testata , consignataque Antiquitas ?**

CICERO de divinatione I. 40.



NOBILISSIMO PRAESTANTISSIMOQUE
V I R O
MARCHIONI SCARAMVZAE,
VICE COMITI
AVGVSTORVM A CVBICVLO HONORARIO
BLASIVS CARYOPHILVS.

S. P. D.

Magna, et praeclara res est
prudentia excellere, VIR
NOBILISSIME, qua
veluti rerum expetendarum, fugien-
* 2 da-

iv DEDICATIO.

darumque scientia, societas hominum, conjunctioque servatur, ut beatam, tranquillamque vitam agamus. Prudentiae dignitas scientiae rerum naturalium non modo est anteponenda, verum etiam cum ea arctissimo vinculo conjugenda: scientiarum enim studia, quae in sola rerum cognitione, et naturae contemplatione versantur, manca quodammodo, imperfecta, ac jejuna evadunt, si ad augendas reipublicae utilitates, et commoda, ulla considerata, et paulo ante meditata actio non consequatur: qua propter prudentia nihil uberior, nihil praestabilius, nihilque ea dici aut cogitari potest. beatus. Hanc qui-

DEDICACTIO. v

quidem ut tibi comparares, postquam sapientiae studiis, quae tunc temporis in Mediolani urbe vigebant, diligentem operam navasti, quum sextum et vigesimum aetatis tuae annum attingeres; peropportune cogitasti exteras civitates, regionesque peragrare, tanto ardore animi inflammatus, ut te non deterruerint eximii sumptus, et impendia, quae extra ordinem insumi ac erogari oportebat, nec a studio peregrinandi te avocarint pericula, laboresque, aut viae interrupta, et impervia itinera consilium tuum immutarint, quin potius in causa fuerint, ut in Gallias omni festinatione properares ac deinde ceteras Europae

VI DEDICATIO.

civitates adires, in quibus omnia, quae ad praestantiam, cognitionemque artium pertinent, quaeve etiam naturae notionem mathematicis rationibus excultam, experimentisque munitam complectuntur, inquirere, et perscrutari non omisiſti. Haec enim studiorum genera Parisiis, et Londini omnium plausu, et approbatione florebant ac in patriam tuam nondum penetraverant. Verum magis ex animo probasti scientiam, quae in delectu bonorum, et malorum est collocata, quae futura providet, quae justitiam comitatur ac ex multarum rerum memoria et ex complurium negotiorum usu imperat honesta, prohibetque contraria. Idcirco
ut

DEDICATIO. VII

ut eam facile consequereris, populorum
mores, consuetudines, legesque cognos-
isti, sine quibus nec domus ulla, nec
gens, nec hominum universum genus
stare potest, ut in patriam honestior,
sapientiorque redires ac publicis utili-
tatis consuleres, civesque tuos am-
plissimis beneficiis ornares. Quam e-
nim est tarpis ac foedissima vita eo-
rum, qui in peregrinatione omne tem-
pus aetatis suae in lustris, alea, po-
pinis, vino consumunt, et in gremiis
mimarum mentem, mentumque depo-
nunt, aere multo labefactati ac ani-
mo praejudiciis exterorum, errori-
busque ita infecto, ut leges, instituta,
consuetudinesque patrias contemnendo,

ac

VIII DEDICATIO.

ac detrahendo peregrinos mores introducant: sicque rempublicam, ejusque libertatem pessum iri oportere: vox enim omnium legumlatorum una, ac eadem mens est, quoties leges patriae in civitate servantur, toties et libertatem servari. Tu vero laudibus cumulandis, quod doctis, eruditisque cognitionibus ac bonis moribus mentem tuam imbuisti ac virorum sapientum confessus frequenasti, e quorum sermonibus nunquam discedere, eisque in omni re jucundum et affabilem esse voluisti, multaque etiam ab iis prudenter disputata, et innumera acute dicta memoriae mandasti: nihil deinde gessisti nisi ex sapientum consilio,

D E D I C A T I O . IX

lio , auctoritate , et sententia , a quibus pariter principum mores , aerarii administrandi rationem , portoria , vectigalia , commercia , quae victus causa exercentur , foedera , edictus fuisti. Alii vero , qui peregrinationes peragunt , basce nationes non a viris sapientibus , quorum nomina ne quidem ipsis sunt manifesta , verum a vulgi rumoribus accipiunt , qui ullam firmitatem non habent , vel quia per se falsi sunt , vel inter se repugnantes : non enim est consilium in vulgo , non ratio , non discrimen , non diligentia , sed impunitas garriendi , et sermonum aviditas. Pera-

**

gra-

x D E D I C A T I O.

gratis igitur tam diversis, et amplissimis regionibus Europae, in quibus diutius es commoratus, Vindobonam tandem petere tibi placuit, urbem opulentissimam atque ornatissimam et natura et situ et pulchritudine aedificiorum in primis nobilem, propugnaculum libertatis Germanicae, religionisque Christianae praefidium, in quam quum appulisses, magna cum animi delectatione, firmissime asseverabas: nullam te vidisse graviorem, praeclariorum, splendidioremque civitatem, aequis florentem legibus, non multitudinis temeritate, sed principis consilio, et optimatum iudiciis gubernatam, tam-

DEDICATIO. xi

tamque per hospitalem exteris, qui
in eam undique confluunt, ut eis fa-
cilem aditum praebeat honoribus, di-
gnitatibusque adipiscendis ac rempu-
blicam capessendi; populum aegritu-
dine ac perturbationibus reliquis o-
mnibus vacuum, nunquam a se dis-
sidentem, nunquam anxium, nun-
quam solicitor, nunquam imbecil-
lum, remissumque, verum prom-
ptum, et alacrem ad belli discrimi-
na subeunda, ad rempublicam de-
fendendam, ut in antiquam Romam
immigrasse tibi videreris: unde hu-
jus urbis nomini ac fedibus adeo es
amicus, ut Vindobonae stabile, cer-
tumque domicilium per annos viginti

XII DEDICATIO.

habuisti : ac cuncti , qui eam incōlunt perofficiose , et peramanter te observant atque admirantur animi tui temperantiam , quum te videant nulla flagrantem ambitione , de bonoribus nihil sane laborare , quos alii appetunt , poscunt , efflagitant , quamquam ad eos ascendere possis propter generis nobilitatem , propter majorum tuorum res gestas , qui domi , militiaeque inclauerunt , tum etiam ob divitiarum copiam , quibus abundas , quaeve ad decus domesticum sustinendum magnopere conferunt . Non enim te fugit quam misera sit ambitio a Graecis iegè rōōō morbus facer , sive Herculeus denominata , et quam soli-

DEDICATIO. XIII

licita honorum cupiditas, et quam perniciosa contra leges de ambitu: tibi que insidet sententia, principis esse, qui ingenia suorum pernoscit, iis dignitatis gradus impertire, quos tanti honoris nomine dignos putat. Honos enim ad alienae petitionis occasio- nem habitus aut diuturnis precibus efflagitatus, non dignitate impetratus esse videtur. Id tantum ab Augustorum cubiculo honorario esse concupisti, namque semper tibi cordi fuit egregias Augustorum virtutes proprius contemplari, quas divinas ac pene inauditas summis laudibus extollis. Hoc longi temporis curriculo, quo Vindobonae versaris, quum in tuam amicitiam

me

XIV DEDICATIO.

me recepisses, qua mibi nihil jucundius, nihil optatius accidere potuit, incredibilem voluptatem ex tuis familiaribus sermonibus capere soleo, quos mecum de republica, aut de artium, scientiarumque incrementis instituis, ac dum in sermone vario multa incidunt, in eum me incidisse recordor non consulto, sed casu, ut de Graecorum, Romanorumque militia differerem, a quibus nempe orta initiis, quomodo creverit, quando in summam evecta dignitatem, et quando turpiter extremum passa fuerit exitium. Quae adeo pergrata tibi fuerunt, ut mihi persuaderes banc arduam velle suscipere provinciam,


DEDICATIO. xv

ciam, historiam scilicet rei militaris et Graecæ et Romanae conscribere ac secundum tempora sedulo compонere. Verum quum in praesens non sit materia meis aequa viribus, et nervis, quos senio ac perdita valedudine fractos deficere ac decrescere sentio; alia ratione tibi satisfacere, moremque gerere cogitavi, si hoc opusculum per vulgarem, quod confeci, et absolvi, nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, multaque congesisti, quae a re, quam primo proposuisti, non sunt, ut opinor, remota ac disjuncta. Quam obrem istud praeclaro nomini tuo inscribere decrevi, ut benevolentiam


*** 2 tuam

XVI DEDICATIO.

*tuam ac singularem erga te amorem
confirmare vehementius valeam hocce
monumento ac signo amicitiae, et ob-
servantiae, qua semper sum te pro-
secutus, atque ut gratum, accep-
tumque habeas, ita rogo, ut majore
studio rogare non possim.*



D E



D E

V E T E R V M

C L Y P E I S.

Quum ego mente concipio ac vetera Romanorum gesta memoria repeto , saepe mirari soleo rem Romanam ab exiguis profectam initiis tam brevi creuisse , ut non terras solum , sed mare etiam fama nominis sui implexisset ac cunctas gentes ea tempestate opulentissimas , armisque florentes in suam potestatem , ditio nemque redigisset , consilioque et aequis legibus imperium firmasset : statim animo occurrunt armorum

A ex-

2 D E V E T E R V M

exercitatio, disciplina castrorum ac usus militiae, quibus Romani multum, longeque alios antecellebant: unde posteris tradiderunt, nullas opes humanas armis Romanis resistere posse, nisi inter semet ipsi saeditiobibus faeviant. Virtus enim Romana armis tam magnopere valuit contra multitudinem Gallorum, proceritatem, magnitudinemque Germanorum, aut vires corporum, quibus Hispani ceteros anteirent, adversus dolos divitiasque Afrorum ac Graecorum artem prudentiamque, ut Roma tantis rebus gestis, tantisque exercitibus devictis, tam claris victoriis partis, caput orbis terrarum fieret. Romani superiores Gallis, et Germanis in bello, qui scutis oblongis, et planis male corpus tegebant: Gallis quoque ob gladios multum praestabant (α) quibus caesim ferire mos erat. Romani vero scuta oblonga, et curva gestantes, punctim gladios hostibus infigere assueverunt in facies, et pectora, quae latius mucrone profodientes, rectis, et repetitis ictibus facilis, et velocius plerosque conficiebant. Quamobrem arma Romana tantum dignitatis, praestantiae, utilitatis, honorisque sunt assecuta, ut ipsimet hostes, cum quibus in bello conflixerant, ea usurparent ac sibi adoptarent. Pyrrhus, ut narrat (β) Polybius, non armis dumtaxat, verum etiam milite Italico uti solitus. Hannibal quoque post primam victoriam, quam de Romanis retulit,

(α) Polyb. II. p. 120. Edit. Paris. (β) XVII. p. 765.
1609.

lit, damnato genere armorum prius consueto, armis ipsorum copias induit, atque iisdem perpetuo decertare instituit. Galli etiam non amplius cæsim, sed punctim ferire (γ) occooperunt a Romanis edocti. Regio item coeli salubris, quam ab origine nocti sunt Romani, plus roboris corpori ac vigoris ingeniique animo ingessit, quam regio septentrionalis, cuius populi et si proceriores Romanis, attamen ab humoris plenitudine, et gravitate aëris perfusi, fractas, hebetes, imbecillasque mentes habuerunt (δ) consiliis omnibus destituti. Qui vero axem meridianum, vel Orientis plagas incolunt, breviora sortiuntur corpora; et ob coeli tenuitatem, nimiumque solis fervorem, sanguinis copiam exhauriunt, valdeque praelia formidant: atque ut ingenii, et artis plurimum, ita animi, et virium parum possident. Qua de re Lucanus (ϵ) bene sapienterque inquit:

*Quicquid ad Eos tractus, mundique temorem
Labitur, emollit gentes clementia coeli.*

Nec aliter Galli tunc temporis alacres (ζ) ad praelia suscipienda, et prompti animo: molle tamen iis erat ingenium ac mens minime constans, et resistens ad calamitates, bellique labores perferendos. Romani contra forti manu, solertia, consiliisque praediti uni-

ver-

(γ) Polyb. II. p. 118. & 120. (ϵ) Pharsal. IV. 55.

(δ) Aristot. in problem. Sect. (ζ) Polyb. III. p. 230. Caes. de XVI. p. 577. edit. Aurel. Allob. Bel. Gallic. III. 19.
1605.

4 D E V E T E R V M

versas gentes superarunt atque imperio eorum amplissimo subegerunt. Multum quoque profuit armorum exercitatio campestris , quae etiam in castris peracta, ne milites ocio lasciuire sinerent in conviviis , et comportionibus : sicque membra durare , vigilare , aestuare , sub pellibus cubare , magnasque sarcinas comportare , longasque itinerationes per aspera quaesque , et invia ferre consueverunt. Qua exercitatione deinde omissa , et neglecta secundo bello Punico , impetus , depopulationesque Afrorum nec cohibere , vel sustinere potuerunt , ac de summa reipublicae astum foret , nisi Publius Scipio Aemilianus vim omnem , tempestatemque belli alio convertisset , atque auctor fuerit , ut Hannibal Italiam praeliis oppugnatum , afflictam , tantoque discrimine nutantem , necessitate coactus , desereret. Quum vero tranquillam agerent pacem , satius fore cogitarunt , ut milites novis indulgerent fabricis , altas constituerent turres , aquosa exsiccarent loca , fossas novi , et immensi operis ob commodum navigationis effigerent , naves aedificarent , vias exstruerent , vel tempла , quae vetustate corruissent , restituerent , aut nova , et pulcherrima e fundamentis erigerent , ut animi aliquid agendo essent occupati. Nihil etiam remissum curae , et laboris in bello ; castrorum enim constructio , aquationes , pabulationes , et vigiliae militibus erant commissae : Consulibus vero negotium dabatur , ne quid respublica detrimenti caperet , militem avidum certaminis e castris emitterent , non

ar-

C L Y P E I S. 5

armis modo, sed et consiliis victoriam ab hostibus reportarent, tuto ri loco castra ponerent, commeat us hostium interciperent, eorumque consilia, et insidias frustrarentur, Tribuni, Centurionesque ut sine mora imperia exequerentur, ordine, acie que bene instructa dimicarent, impar em copiis exercitum temere pugnae non committerent, nunquam cum hostibus signa conferrent, nisi tutam, sinceramque spem viacendi haberent, transversam invaderent hostium aciem, aut a tergo urgerent, lectissimos per ditum, et equitum collocarent post aciem circa cornua, vel medium, ut pervolarent ubi rem inclinata m cernerent, celeritate itineris hostes imparatos, deturbatosque aut cibo vinoque repletos statim aggredierentur, urbem obfessam, ut primo impetu caperent, captamque munitionibus, praesidioque firmarent valido, aut aequarent solo, unaque hora excidio ac ruinis darent, aedes vero Deorum violari nefas ducerent. Quae omnia si vellem oratione complecti, dies me deficeret. Quum igitur ex delectu armorum, eorumque exercitationibus ac usu militiae, tantum roboris, magnitudinis ac rerum egregie gestarum, ad Romanorum decus, & gloriam accesserit: opera e praetium duxi ea memoriae tradere atque ex incorruptis monumentis eruere, inque claram lucem proferre. Neque dubito quin primae origines, proximaeque originibus multum praebiturae sint voluptatis non modo his, qui rem militarem colunt, verum his etiam, qui antiquitatum Graeca-

A 3 rum,

rum, et Romanarum studio delectantur. Arma Romanis imperata in primis fuere clypeus, et gladius, quibus, ut ait Polybius (η) super alios excellebant, quorumve ope, et auxilio potentissimos reges, bellicosissimas gentes in servitutem redegerunt. De clypeis Graecorum, Romanorum, aliarumque nationum ac de eorum usu in praesens sermonem instituam, alias dicturus de ceteris armis eadem opera, et labore, quem, ut ego arbitror, hocce in Opusculo consumsi.

Verum antequam ultra progrediar, ratio postulat, ut a propria clypei descriptione atque a variis ejus nominibus initium ducam: est enim res notior qualis sit; pluribus notata vocabulis idem declarantibus. Clypei Servio dicti (δ) ἀντὸς τῆς καλύπτειν quod corpus celant: Plinius vero (ι) ἀντὸς τῆς γλύφειν a sculpendo cælandoque nomen deducit, quod imaginibus erant cælati, et sculpti. Scutum autem auctore Varrone ἀντὸς τῆς σκάτε, quoniam pellibus constructum. Graeci variis nominibus clypeos donarunt ac primo occurrit ασπὶς figuram habens circularem: unde Homerus (κ) ασπίδας εὐκύκλας nuncupavit. Idemque de altera clypei specie meminit, ampliore magnitudine ac ασπὶς, qui dictus σάκος μέγα (λ) vel σάκος εύρυ (μ) quoniam περὶ πρώτοις Σάκαις εὑρυται a Sa-

(η) Hist. II. p. 218.

(κ) Il. V. 453.

(δ) In Aen. II. 382.

(λ) Il. III. 335.

(ι) Hist. Nat. XXXV. 3. edit. L. (μ) Il. XIII. 553.

Bat. 1669.

Sacis primum inventus, ut habet Scholia festes (Sacae enim populi sunt Thraciae) inque rotundam pariter figuram formatus teste Aeschyllo (v).

Σάκιδ χυκλωτῷ σώματος ἐν χαλκηλάτῳ περβλήματι.

In aerato scuto, rotundo corporis munimento. Calimachus habet (ξ) *σάκεος εὐχύλοιο*, et Nonnus Panopolita (o) *σάκεος τροχόεντος*. Alia clypei species est Θυρέος, qui Eustathio (π) αστίδος εἶδος dictus, *clypei species*, non *scuti* ut male vertit Arcerius, ἀπὸ θύρας a janua Διὶ τὸ μέγεθος ob ejus magnitudinem: figura oblonga, non rotunda, et circulari, ut propemodum erravit Leo (ε) quum Θυρέος ita describit σκελάρεον ἐπικίνης μέγα, ἡ καλέστη θυρέος, πάντως δὲ τρόγυλον *clypeus ingentis magnitudinis*, qui *Thyreus vocatus, penitus rotundus*. Namque Θυρέος sumpsit pro ασπίδι eodem errore, quo alii, ut paulo post ostendam. Hujus clypei primus mentionem fecit Polybius (σ) qui comes fuit Scipionis in Africæ expeditione ac ejus consilio plurimas Provinciae illius regiones (τ) peragravit. Tunc enim temporis fluxisse nomen creditur a Carthaginiensibus Phoenicum colonis in autores Graecos, quod iidem sibi adoptarunt, ut post Polybium fecerunt Diodorus, Plutar-

(v) Ad sept. cont. Theb. edit. (π) In Odys. p. 240. edit. Basil.

Lond. 1660.

(ε) C. VI. part. 25.

(ξ) Hymn. in Del. 145.

(σ) Hist. VI. p. 469.

(o) Dionys. XXXV. p. 374. edit.

(τ) Hist. III. p. 211.

Han. 1590.

tarchus, Pausanias, Dio, et alii, nam idem vocabulum adhuc conservant Arabes, quibus est قرس nec non et Chaldaeis חילם. Hebraei vero in explicanda clypei notionē nominibus עננ a עננ quoniam *contegit* corpus, vel עננ a עננ hoc est *ambiit* corpus. Syri primam vocem Hebraicam usurparunt עננ atqui altera illis propria, & peculiaris est (v) עננ a עננ id est *occlusit*, clypeo quippe corpus *occludimus*. Arabes denique, quorum lingua ceteris Orientalibus copiosior ac locupletior, clypeum dixerūt עננ a עננ hoc est *texit*, vel עננ a עננ scilicet *custodivit*. עננ aut עננ vox eadem est ac עננ Hebraeorum.

DE CLY-
PEI PAR-
TIBVS.

Julius Pollux, qui sub Commodo vixit, cuique opus suum dedicavit, sex clypei partes enumerat, quae sunt ἡμφαλός, ὄμφαλον, μεσομφάλιον, ἥτος, κύκλος, αὐτοῦ. Ὁμφαλός figuram habens circularem, quem Latini *umbonem* dixerūt, ferrum est in medio clypei positum, ut a sagittis, hastisque miles se tutaretur. Umbonem sic describit Polybius (φ) προσήμοσαν δὲ αὐτῷ τὴν σιδηροῦ κόγχον, οὐ τὰς ὀλοσχέρεις ἀποσέγγει πληγαὶ λίθων τὴν σαρλασσῶν τὴν καθόλας βιαιών βελῶν aptatur illi (clypeo) *concha ferrea*, quae iectus vehementiores defendit *lapidum*, *sarissarum*, et *violentorum omnium telorum*: unde Homero (χ) ἀσπίδες ἡμφαλέστη της clypei umbonibus muniti. Formam exhibet rotundam, namque

(v) Ezech. XXVII. 10.

(χ) Il. IV. 448.

(φ) Hist. VI. p. 469.

que in Nonno (ψ) legitur ὄμφαλὸς τροχόεις vel (ω) ἀστίκυκλος circularis. Quod enim in medio protuberat circularem habens formam, ὄμφαλὸν appellabant Graeci, uti et ὄμφαλὸν in toga, et in librīs. Aliquando est pro toto clypeo. Virgilius (α)

Nec sufficit umbo

Ictibus.

Quem secutus est Valerius Flaccus (β)

Contextis umbonibus urgent.

Vmbilicum clypei Cares primi invenerunt, ut Scholiastes Thucidydis refert (γ) οἱ κῆρες πρῶτοι εὗρον τὸν ὄμφαλὸν τὰν αἰσπίδων. de quo videsis Herodotum, et Strabonem. Ὄμφαλον autem locus est supra clypeum, et μησομφάλιον medii clypei umbilicus: Alia clypei pars ītus nominata, lamina scilicet ferrea quae clypei ambitum contegit, de qua etiam Polybius commen-
mīnit (δ) ἔχει δὲ τῷ τὴν ītūn ἐκ ἀνώθεν καὶ κάτωθεν μερῶν σύμπτεν σιάλωμα δι' ἧς τὰς τε καταφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται καὶ τὰς τοξεῖς τὴν γὴν ἐξερείσεις in ambitu circa superam, inferaque partem ferrea praetexitur lamina, qua adversus caesim illatos iictus munitur, et ne humo incumbens corrumpatur. Interdum ītus est pro clypeo

a-

(ψ) Dionys. XXXVII. p. 925. 1724.

(ω) XXI. p. 568.

(γ) VI. 8.

(α) Aen. IX. 810.

(δ) Hist. VI. p. 469.

(β) Argon. III. 90. ed. Leid.

B

apud Euripidem (ϵ) χαλκόνωται ἵπει, et in Epigrammatis (ζ) σχήμα κυκλοεσταῖς ἵπει.

Κύκλος est clypei orbis. Aeschylus ασπίδος κύκλος (η) dixit, quoniam, ut inquit Scholiares Aristophanis (θ) κυκλικὴ ἴσται αἱ ασπίδες τῶν πελαιῶν circulares erant antiquorum clypei. Nonnus pariter habet εὐκύκλοι βοέις, Virgilius (ι) orbes clypei, et Valerius Flaccus (κ) clypei orbis. Quandoque clypei plures circulos habuerunt, ut Homerus Agamemnonis clypeo ostendit (λ)

ασπίδα θερεύ
Καλὴν δὲ τῷ μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι ἴσται.

Clypeum cum impetu versatilem, pulchrum, quem circum circuli decem aere erant. Hujuscemodi clypei orbes, qui se ipsos terminant, visuntur in numero Vitellii, cui Macedones clypeum dedicarunt cum epigraphe ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ (μ).



Ho-

(ϵ) Hec. 1193.

(ι) Aen. XII. 924.

(ζ) Anthol. III. p. 423. ed. Lubini.

(κ) Argon. VI. 367.

(η) Ad Sept. cont. Theb. 495.

(λ) Il. XI. 32.

(θ) In Vesp. 18.

(μ) Tristan. tom. I. p. 275.

Horum similitudine utitur Aristides (•) ut probet Athenarum arcem medium occupare totius terrarum orbis , cuius verba e Graeco in Latinum versa heic apponimus : *sicut enim in orbibus clypei inter se invicem incurrentibus , quintus umbilicus implet , qui est omnium pulcherrimus : sic et Graecia est in medio totius terrae , Atticamque in sui medio complectitur , in qua deinde media iacet urbs , et in bujus medio arx.* Ἀντοξ denique dicitur clypei circulus exterior , de quo Homerus (ξ)

Ἀντοξ ή πυράτη θέει ασπίδος όμφαλος Σons.

Ora quae extrema currebat circa clypeum umbonem babentem. Et iterum (◦)

Ἄντοξ οὐδὲ ἄντυχα βάλλε φανήν.

Orbemque clypei extimum circumdedit fulgidum.

Sed quae sint clypei tegmina , quaeve ejus materia , explicandum est breviter , quo facilius cetera , quae post ostendere velimus , intelligi possint. Clypei Graecorum e pellibus confecti , aere tamen obductis Aeschylo (π) dicti χαλκήλατοι , Euripidi (ρ) χαλκόνωτοι , vel χαλκόδετοι . Qui autem ex aere tantum (σ) πάγχαλκοι . Pausanias (τ) pluribus extendit ,

D E C L Y -
P E I
T E G.
M I N I -
B U S E T
M A T E -
R I A.

cly-

(•) In Panath. tom. I. p. 171. ed. (ρ) Troad. 1136. Bach. 748.

Oxon. 1722.

(σ) Aesch. ad sept. cont. Thebas

(ξ) Il. VI. 119.

546. Eurip. Phoen. 122.

(◦) Il. XVIII. 479.

(τ) In Lacon. p. 211. ed. Lipsi.

(π) Ad sept. cont. Theb. 66.

1596.

clypeos, et arma omnia Heroicis temporibus ex aere fuisse composita: quem morem servavit, inque usum revocavit Lycurgus Lacedaemoniorum legislator, quibus (v) χαλκὸν ἀσπίδα clypeum aereum gestare praecepit bello aptissimum καὶ τάχιστα λαμπρώς οὐ σχολαστικὰ ῥυπαίνει nam et celeriter nitescit, et soldes baud facile contrahit. Quā de re Homerus non modo ἀσπίδα Φαινὴν clypeum fulgentem verum cuncta ἔντεα χάλκεα arma aerea μαρμαρόντα coruscantia dixit. Pelles autem boum super clypeos inductae, et adnexae πλύχες dictae, hoc est tegmina: unde ἀσπίδες βόειοι apud poëtas, et βοέι pellis pro ipsa clypeo. Septem in Ajacis scuto annumerat Homerus (φ)

Ἐξ δὲ Δῆμος πλύχας πλάθε δαιδῶν χαλκὸς ἀπειρός
Ἐν τῇ ἐδομάτῃ ῥινῷ σχέρ.

Ceterum sex per pelles penetravit findens baſta, in septima tamen baſit. Virgilius itidem (χ)

Orasque recludit
Loricae, et clypei extremos septemplicis orbes.

Ovidius autem novem enumerat (ψ)

Quod aes, et proxima rupit
Terga novena boum.

Polybius (ω) duplex tabulatum scuto Romano tribuit;

(v) Xenoph. de rep. Lac. XI. p. (χ) Aen. XII. 924.

87. ed. Oxon. 1703.

(φ) Met. XII. 96.

(ω) Il. VII. 248.

(ψ) Hist. VI. p. 469.

buit; quod glutine tauri erat compactum ac extrema superficies linteo; deinde vitulino corio tegebatur. Πτύχες quoque sunt laminae, quae ex aere, stanno, vel auro, aut argento constant. Quinque recenset Homerus (α) in Achyllis clypeo.

Τὰς δύο χαλκίας, δύο δὲ ἔντοθι καὶ στέρεοι
Τὴν δὲ μίαν χρυσῆν.

Duas aereas, duasque interiores stanni, unam vero auream. Scholia stes πλύχας sic explicat τὰ ἀγφοργά την ασπίδος ἐπ' ἀλλήλοις ἐλάσματα diversas clypei laminas alias super alias ductas. Pelles intus erant collocatae ac fibulis consultae, quae virgis similes ad clypei extremitatem pertingerent, laminaque aerea ductili tegebantur, uti Sarpedonis clypeum describit poëta eximus (β)

Καλὴν, χαλκέην, ἐξηλαστον, ἦν ἄρεται χαλκεὺς
Ἡλαζεν ἔντοσθεν δὲ βοείας ράψε θαμέας
Χρυσεῖοις ράβδοις διηγέτειν τῷδε κύκλον.

Scutum pulchrum aereum, lamina ductili teclum, quod faber ductili artificio fecerat: intus vero pelles bovinas confuerat spissas aureis virgis perpetuis per orbem. Έλαιώνει, et διελαιώνει vocabula ad fabros aerarios, et aurarios spectant, ut diligenter observavit Eustathius, ac Latine ducere sonant. Horatius (γ) de statua Alexandri, qui

E-

(α) Il. XX. 271.(γ) Epist. II. 1. 239.(β) Hom. Il. XII. 295.

B 3

*Edicto vetuit ne quis se praeter Apellem
Pingeret , aut alius Lysippo duceret aere :*

Id est faceret. Huc pertinet illud Herodoti (δ) εἰς τὸ χαλκίον ἐθηθῆρρ σιδηρον ἔξελαυνόμενον in officinam ferrariam (venit) videns ferrum duci. Non negarim tamen Antiquos in more habuisse inaurandi , vel argento induendi clypeos , aliaque arma , ut iis ute- rentur in bello , uti de Carthaginiensibus Plinius narrat. (ϵ) Poeni ex auro facilitavere clypeos , et imagines , secumque in castris tulere. Alcibiades in bello (ζ) gestabat ασπίδα ἀφέχρυσον clypcum deauratum. Samnitium itidem scuta erant auro et argento caelata (η) Justinus (ϑ) narrat de Alexandro magno , quod arma militum argento induxit vel ut planius loquitur Curtius (ι) scutis argenteas laminas addidit. Talia quoque πολλάς θυρεάς μὲν ἀργυρῷ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένα scuta multa argento , et auro exornata refert Plutarchus (κ) quae inter hostium spolia reperit C. Caesar in praelio ad Alexiam commissum cum Gallis. Neque praeterea clypeum (λ) argenteum pondo centum triginta octo , quem Adstrubal gestabat , vel clypea argentea decem in triumpho (μ) T. Quinctii transvecta. Scuta vero CC. quae de

(δ) Hist. I. p. 63. edit. L. Bat. (ϑ) XII. 7.

1715.

(ι) VIII. 5. edit. L. Bat. 1724.

(ϵ) H. N. XXXV. 3.

(κ) Plut. in vit. Caes. p. 721.

(ζ) Plut. in vit. Alcib. p. 190.

(λ) Liv. XXXIV. in fin.

edit. Paris. 1624.

(μ) XXXV. 51.

(η) Liv. Hist. IX. 40.

de auro (ν) purissimo fieri jussit Salomo, posuitque in domo saltus Lybani, non bello, ut opinor, verum magnificentiae ostentandae inserviebant, quales erant quoque ἀσπίδες χρυσαὶ εἰκόναι clypei aurei XX. in pompa Alexandrina Ptolemaei Regis Aegypti, ut narrat Callixenus Rhodius (ξ) Clypei aurei Salomonis constabant ex ωχοῖς τῷ βῃ auro ductili (ο) vel malleato, uti in versione Graeca χρυσοῖς ἐλάτῃ id est οὐρανὸς τοις ex auro optimo ut vertit Syrus: quo magis enim aurum attenuatur laxius, eo magis ejus bonitatem excellentiamque demonstrat. Neque excipio argentum de quo Virgilius (π)

Thoraces abenos

Aut leves ocreas lento ducunt argento.

Id est, ut exponit Servius, *flexili argento extendunt.* Artifices, quorum partes erant (ε) *ut arma auro, argentoque condecorarent, vel tegerent argento, et deaurarent,* Barbicarii dicti, quibus Imperator Constantinus (σ) *ab universis oneribus vacare concessit.* Barbicarii iidem ac Barbari, id est Asiatici, quamvis latius hoc nomen pateat apud Scriptores (τ) ac in primis Artifices, qui vestes texebant auro, et

co-

(ν) 1 Reg. X. 16.

bric.

(ξ) Athen. deip. v. p. 202. edit. (σ) Leg. 1. Cod. de excusat. Artif.
Lugd. 1657.

(τ) Thucid. I. 3. edit. Amst. 1731.

(ο) 1 Reg. X. 16.

Strab. XIV. p. 662. edit. Amst.

(π) Aen. VII. 63.

1707.

(ε) Leg. 1. Cod. Theod. de Fa-

coloratis filis, ac effigies hominum, et animalium exprimebant (ν) *Pbrygiones* dicti. Phryges quippe hanc artem χρυσοπαστικὴν auro intertexendi vestes invenerunt, quas ξυσπάσας τὰς χρυσοπάσους poëta Eubulus (ϕ) nominavit: unde *Barbaricae vestes* (χ) ut legitur in Lucretio, *Pbrygiae* (ψ) Ovidio dicuntur, ab Euripide (ω) βάρβαρον χλωδημα barbas ornatus nominatur. In Virgilio (α) aurum *Barbaricum* Servius *Pbrygium* interpretatur: Horatius (β) mare *Barbarum* pro *Indico* dixit. Adde etiam (γ) Thucidydem, qui Asianos vocavit Barbaros εἰς πᾶς βαρβάροις ἐστιν οἵ νῦν καὶ μάλιστα τῶις Ἀσιάνοις. Eademque ratione (δ) Philoni dicti οἱ πελαιότατοι τῶν βαρβάρων ἐξαρέτως Φοίνικες *Phoenices* praecipue inter Barbaros antiquissimi. Barbicarios, ut ante exposuimus, vocarunt Imperatores Augusti, qui *arma deaurarent*, vel *argento tegerent*, quales *Constantinopoli et Antiochiae* erant (ϵ). Haec Ars in Asia antiquissimis temporibus florebat, ut satis superque ostendit Homerus (ζ)

‘Ως δὲ ὅτε πις χρυσὸν τελέχευεται αργυρῷ ἀνθρώποις
Ιδεις δὲ “Ηρακλεος δέδαεν καὶ Παλλαῖς Ἀθήναις
Τέχνην παντίν, χαρίειται δὲ ἔργος τελέτη.

U

(ν) Donat. in Virgil. *AEn.* XI. 777. (α) *Aen.* II. 106.

(ϕ) Pollux in *Onom.* VI. 10. (β) *II. Carm.* XIX. 17.
edit. Amst. 1706. (γ) I. 6. p. 5.

(χ) *De rer. nat.* II. 449. (δ) Euseb. in *Praep. Evang.* L.
(ψ) *Met.* VI. 166. (ϵ) *Leg. I. Cod. Theod.* de *Fabric.*
(ω) Iphig. in *Aul.* 76. (ζ) *Odyss.* III. 433.

*Ut quum quis aurum circumfundit argento vir solers,
quem Vulcanus docuit, et Pallas Minerva artem om-
nifariam, elegantia vero opera perficit. Ubi χρυσὸν
τελεχέων ἀργυρῷ est argentum inaurare.* Hosce versus
elegantissimos alibi repetit poëtarum omnium, qui
extant, antiquissimus (n) *Istud inaurandi genus per
liquationem fiebat in vasis, et poculis: in vestibus
per fila in cameris vero vel statuis per bracteas;*
sicque per varios hosce usus aurum perire existi-
mavit Aurelianus Augustus (g) qui tamen omisit
aliam inaurandi rationem, quae non peragebatur au-
ro liquato, sed aureis clavis vel literis in argen-
tum aut aes immisso, de qua in fine hujus Opus-
culi locus erit differendi prolixius.

Universi isti Opifices, qui deaurandi artem exer-
cebant, *Inauratores*, et *Bractearii* appellati in ve-
teri *Inscriptione* (i)

CONCORDIA COLLEGII BRACTEARIORVM ET INAVRATORVM

Hisce vocabulis utitur Firmicus (x) *quicunque ba-
buerit horoscopum in XVII. parte Scorpii, erit
aurifex, inaurator, et bracteator.* Ex quo colli-
gitur diversa fuisse munera, et officia inauiatorum,
et bracteariorum, quoniam illi solidi ac ductilis au-
ri, vel argenti lamellis clypeos ac reliqua arma te-
ge-

(n) Odys. VI. 233.

Amst. 1707.

(g) Vopisc. c. 46.

(x) VIII. 16.

(i) Grut. XLXXXIV. 12. edit.

gebant, quas πλύχας dixit Homerus: ita in Bibliis arca solidi auri laminis erat obducta (λ) וְזַהֲבֵת אָתָּה זָהָב טָהוֹר (μ) et deaurabis eam auro mandissimo, quemadmodum hodie solent arcae ligneae ferro obduci. Bractearii vero tenue folium auri, vel argenti adhibebant: unde περιλαγησοὶ dicti in Codice Justinianeo: folium enim Graeci πέταλον nuncuparunt; Latini autem bracteam, et si a verbo Graeco βράχη hoc est illinire efformatam, quae temuis Ovidio (ν) Martiali vero nebula (ν) dicta. Bracteis statuae erant inauratae, quas, ut ait Ammianus Marcellinus (ξ) auro curant imbracteari. Laquearia etiam, cameras, parietes bracteis fuisse inauratos testatur Plinius (ο) modumque exponit, quo id per facile fieri solitum: aes (inquit) inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro, quod iterum exbalatur igni, ut possit domitum inductas accipere bracteas. Eo usque excreverat Romanorum luxus, ut laquearia, quae primo post eversam Carthaginem inaurata fuerunt in Capitolio censura L. Mummi, ætate dein de Plinii, qui vixit imperante Tito Vespasiano, in privatis domibus etiam auro tegerentur, inde transfere in cameras, in parietes quoque, qui iam et ipsi, tanquam vase inaurantur. Auro usi sunt, quod ductum mallei sequitur: ex quo bonitatem, praestantiamque (π) illius metalli deprehendebant,

quo-

(λ) Exod. XXV. 11.

1693.

(μ) De art. amand. III. 232.

(ο) H. N. XXXIV. 8.

(ν) Epigr. VIII. 33. 3.

(π) Plin. H. N. XXXIII. 3.

(ξ) Hist. XIV. 6. edit. L. Bat.

quoniam nec aliud laxius dilatatur, aut numerosus dividitur, cujas unciae in septigenas, et quinquagenas, pluresque bracteas quaternum utroque digitorum spargantur. Ex una igitur uncia L. et LXX. ac plures bracteae latae, et extensae quaque versum IV. digitos efformabantur: *crassissimae* vero *Praenestinae* aevo Plinii denominatae, quoniam ex his insigne Fortunae simulacrum in Praeneste tegebatur. Idcirco Arabes bracteam صُفَّ nuncuparunt a verbo صُفَّ hoc est in latum duxit, extendit: Hebraei חַלְדָּה Chaldaeи ρῶν (¶). Ex quo notescit artis deaurandi antiquitas, et praeftantia. Sed de his satis. Nunc restat, ut tegmina ac materiam, quibus aliae nationes, ut plurimum Barbarae, clypeos tegebant, vel efformabant, diligenter pertractemus. Galli (s) clypeis ex cortice factis, aut viminibus intextis pelles inducebant: non aliter Persae (τ) obtecti scutis vimine firmissimo tectis, et crudorum tergorum densitate vestiti: Germanis non lorica non scuta, sed viminum textus erat (υ) Syracosiis quoque clypei e salice facti, ut tradidit (φ) Theocritus

Ἄχθόμενοι σακέεσσι βεργάλιονας ἵπποις.

Theophrastus (χ) salicem ac vitem aptissimas scutis faciundis admodum probavit, quum ait γλυπτοῖς δὲ ταῖς

(¶) Exod. XXXIV. 31. XXXIX. 3. (φ) Idyl. XVI. 78. edit. Oxon.

(s) Caef. de bel. Gallic. I. 32. 1699.

(τ) Am. Marc. XXIV. 2. 6. (χ) Hist. Plant. V. 4.

(υ) Tacit. An. II. 14.

πά τε ἵτεινα καὶ αὐτέλινα. διὸ καὶ τὰς ασπίδας ἃ τούτων ποιεῖται συμνός ἢ πλαγέντα lenta salix, vitisque: quamobrem scuta ex his facere solent: icta enim protinus plagam contrabunt. Adjecit pariter Tiliam, quae inter carnosa est mollis, et calidissima, quoniam aciem ferri maxime hebetat. Plinius (ψ) qui haec excipit ac latine fecit, vitem omisit addiditque fīcum, betullam, sambucum, populum utramque, quae ut lentissima commendat.

Clypei non modo a materia, verum etiam ab Artifice praetium, decusque tenebant: unde Homerus (α) σάνος scutum Ajacis collaudat.

ὅ οἱ Τύχιος καὶ με τεύχων.

Quod et Tychius elaboraverat fabricans: itemque Virgilius Aeneidos libro V. Et Clypeum efferrari jussit Didymaonis artes. Quo respexit Vlpianus jurisconsultus (β) plerumque plus esse in manus prætio, quam in re. Nec secus Censorinus (γ) qui eodem seculo vixit, munera ex auro, vel quae ex argento nitent caelato, opere, quam materia cariora. Memoratur quoque in Historia Romana Mamurius clarissimus opifex (δ) quo usus Numa, ut alia construeret scuta illi similia, quod erat e Coelo delapsum, veritus ne furto subduceretur. Clypei etiam ac cetera arma a peculiaribus regionibus, in quibus

(ψ) H. N. XVI. 40.

(γ) De die nat. in princip.

(α) Il. VIII. 220.

(δ) Dionys. Halic. II. 71. p. 130.

(β) Leg. XIII. n. de V. S.

edit. Oxon. 1704.

bus erant elaborata, nomen sibi compararunt. Pin-darus (ϵ) in Ode Pythica ad Hieronem ἐπλα ἔξι Αργούς *arma ex Argis* commendat. Pollux, et Aelianus (ζ) clypeum Argolicum, loricam Atticam, et galeam Boeotici operis inter ἐπλα καλά καὶ εὐδόκιμα, quibus Xenophon valde delectabatur, annumerant. πεύχεα καλά Homerus (η) tribuit Achilli, uti et Hesiodus (θ) κλυτὰ πεύχεα Cygno Martis filio. Armorum quippe ornatus ita militum animos incendit, alacritatemque excitat, ut periculorum contemnentes, et prompti ad subeunda belli discrimina evadant, ut dicebat Philopoemenes dux ille invictus (ι) Acheorum.

Heic locus opportunus esse videtur ac tempus i-doneum differendi de Ansa, quae clypei est appendix, quave milites clypeum sustinere, et regere solebant. Antiquissimis temporibus lorum adhibitum πελαμῶν dictum, clypeo adnexum, quod ab humero sinistro, et collo dependebat, ut indicat Homerus (κ)

DE CLY-
PEI AN-
SA.

$\ddot{\epsilon}\tau\omega\cdot\ddot{\alpha}\mu\omega\pi$
Ασπίς σὺν πελαμῶν χαμαὶ πέσε περμίσεσθαι.

Humeris clypeus cum loro in humum cecidit talaris.
Ita et Nonnus (λ) lorum clypei designavit.

κλ-

(ϵ) Attrib. deipn. I. p. 28.

(θ) In Clyp. Herc. 329.

(ζ) Var. Hist. III. 24. Onom.

(ι) Plut. in vit. Philop. p. 361.

I. 49.

(κ) Il. XVI. 804.

(η) Il. XI. 797.

(λ) Dionys. XXVI. p. 690.

κεφίζει ὑπὲρ νότοιο Βοέη
Αὐχένι κυρτωθέντι πελαμάς τελαμώνα.

Elevavit super dorsum scutam, cervici incurvatae appendens lorum. Lorum istud clypei δυσὶ κανοῖς duobus virgis fixum inhaerebat, ut Hesychius affirmat κανόνες αἱ τῆς ασπίδος πάνδαι αἱ ἐν ὁ τελαμών εἶνται. Homerius (μ) hosce canones memorat, quum Idomenei clypeum describit.

δύο κανοῖς τοις αὐτοῖς.

Duo bus manubriis aptatum, hoc est virgis, quas sinistra apprehendebant, ut clypeum dirigerent, quemadmodum opinatur scholiares ἐπεὶ καὶ πρόποκος εἴχον αἱ ασπίδες, ἀλλὰ τελαμώνων ἡρτιῶν, Διὸς τοῦτο τὸ κατευθύνειν αὐτὰς ἔχρωντ δυσὶ κανοῖς. Verum Iora isthaec canones fuisse vocatos vero similius videtur, quod ita fuerint collocata, ut clypeum in aequilibrio retinerent, ne in hanc, vel illam partem propendens, milites gravaret, namque, ut compertum est, κανόνα Graeci vocarunt examen, quod aequilibrium, sive aequamentum ostendit: unde scholia MSS. apud Barnesium vocem κανόνες explicant δύο ιμάσιν, τοις αἱ καρποὶ στήθεντο. Tempestate enim illa, qua floruit Homerus ὄχαντα anseae nondum erant excogitatae, sed harum vice τελαμῶν loris clypeos dirigebant: Cares deinde ὄχαντα invenerunt, ut, memoriae tradidit

(μ) Il. XIII. 407. et VIII. 193.

didit Herodotus (v) parens historiae ὥχαρα αἰσπίς οἵτοις εἰσὶ οἱ ποισάμενοι πρῶτοι. τέως δὲ αὖτε ὥχαρων ἐφόρεον τὰς αἰσπίδας πούτες οἴκεροι πάθεταιν αἰσπίσι χρέοςθαν, τελαμώνια σκυλίνοις οἰκτορτες τῷτε τοῖς αὐχένες καὶ τοῖς αἰετεροῖς ὄμοιαν τῷλιμάνιον ανσας quoque clypearum excogitarunt: antea namque absque ansas gestabant clypeos quicunque illis uti soliti erant, colloque, et sinistro hamero circumpositos, vinculis coriaceis tenentes, regebant. Hujuscemodi clypeum ostendit Mamertinorum (ξ) numus, in quo lora sunt multa, quibus Mars brachium ingerit, ac



alia digitis tenet, ut clypeum regat, quaeve in speciem literae X. se ipsa interfecant Graeci χιστον, Latini decussationem dixerunt: multa enim, ut inquit Servius (o) inerant scuto lora, quibus manum inferebant. Hinc multiplex lorum apud Sophoclem (π) πόρπηκος πολυρράφος. Scholia festes enim πόρπηκα interpretatur

(v) Hist. I. p. 171.

(ξ) Beger. p. 343.

(o) In Aen. II. 92.

(π) In Ajace flagel. 575.

tatur λῶπον. Lucianus quoque (§) πελαμῶνας lora plura tribuit clypeo. Ejusdem sententiae fuit Eustathius. criticos longe alios antecellens (s) cuius verba Latine fecimus: *heic testantur antiqui nondum clypeos suis temporibus habuisse πόρπαχος ansas, sed τὰ πελαμώνα a loris gubernatos fuisse ab uno extre- mo clypei ad aliud exporrectis.*

Cares non modo ὄχανα in clypeis invenerunt, verum etiam crytas alligare galeis ac clypeis insignia adjungere excogitarunt, atque τοῖσι οἱ Ἑλλῆνες ἔχοντες illis et Graeci usi sunt, ut testatur Herodotus (τ) unde mirum videtur, quod Homerus, qui de crystis in galeis (υ) ac de insignibus (φ) in clypeis persaepe meminit, ὄχανον nusquam, sed πελαμῶνα tantum agnoscat. Epochā autem, in qua Cares haec invenerint, ex verbis Herodoti (χ) eruenda, et explicanda est in praesentiarum. Clarissimus historicus, postquam memoravit Minoen subiecisse sibi magnum maris imperium, haec adjicit de Caribus τὸ καθεύδον ἦ, ἐθνος δοκιμάτων (Holsteinus (ψ) λογιμάτων legit) τῶν ἐθνέων απόστων κατὰ τὸ χρόνον καὶ μακρῷ μάλιστα *Carica gens super omnes alias, quae tunc erant, maxime celebris fuit*: quando scilicet Cares imperium maris obtinuerunt, mercatūram

(§) De Gymnaf. p. 289. edit. (υ) Il. III. 337.
Amst. 1687. (φ) Il. XI. 36.

(s) In Iliad. p. 184. num. 2b. (χ) Hist. I. p. 171.
(τ) Hist. I. p. 171. (ψ) Not. ad Steph.

ram fecerunt, ac divitiis affluerunt: tunc quippe temporis commercia victus gratia inventa exercentur, artesque, quae efficiuntur ex cognitionibus rerum, majora acquirunt incrementa, magisque excoluntur, tutiorque vita hominum est, fusis pyratis, qui mare depraedantur. Cares imperium maris habuerunt ante A. M. MMCCXCIX. quod Minos II. Lycasti filius ac nepos Minois primi illis ademit, de quo Diodorus (ω) ἦτος πρῶτος Ἑλλήνων ναυπκῆν δύναμιν αἰξίογον συστάμενος ἐθαλασσοκράτης is Graecorum primus, quem classem instruxisset mirabilem, imperium maris adeptus est, e Cycladibus Κάρης ἐξέλασας (α) expulsis Caribus. Hunc Μίνωα δεύτερον Minoen secundum appellat Diodorus, quem oscitanter Eusebius cum Minoe primo confudit; atque e duobus unum fecit. Eusebius iterum maris dominatum Caribus tribuere videtur ante Lesbios, qui post Cares illum sunt consecuti Olympiade XXVI. A. M. MMMCCLXXIV. ad numerum Eusebianum MCCCXLI. Historiam τῶν θαλασσοκρατῶν eorum, qui imperium maris tenuerunt, conscripsit Castor Rhodius (cujus meminit Suidas) e quo plurima memorata digna excerpserit Eusebius in Chronicis. Dolendum autem est, Chronologum hunc praestantissimum χασμοδῶς omisisse annorum

(ω) Bibl. H. IV. p. 183. edit. Pan. Liban. Orat. Antioch. p.
Han. 1604.

(α) Thucid. I. 4. p. 3. Isocr. in

rum numerum , quibus Cares dominatum maris obtinuerunt , quum alioquin Aeginetis XX. Rhodiis XXIII. Phrygibus XXV. Thracibus XIX. annorum intervallum assignaverit , ut ceteros omittam. Ad-dam quoque , priusquam hanc provinciam deseram , alia , quae Cares ingeniose , et solerter excogita-runt (β) *ocreas* nempe , atque *ἄγρες naves onera-rias* pro devehendis mercibus , ut meminit poëta Critias (γ) qui arbitros maris eos nuncupavit.

Φορῆγες δὲ ἀχέτες Κάρης αἱλὸς τάμια.

Phoenices hasce naves onerarias a Caribus accepisse verosimile est , qui ante illos imperium maris ha-buerunt , quae ob figuram rotundam *γαῦλοι* dictae , forsitan a *גָּלַל* , de quibus Callimachus apud Scho-liafesten Aristophanis in *Ranis* : adde quoque Hes-y-chium , et Festum. Neque silentio praetereo prae-scientiam , quae ex astris colligitur (δ) ab iisdem Caribus repertam.

Anacreon Tejus poëta jucundissimus , qui Po-lycratis Sami tyranni aetate floruit Olympiade LXII. A. M. MMMCCCCVIII. ad numerum Eusebianum MCCCCLXXXV. *τεῖλαι τε ὄχαντες de anσα* , quae fuit Carum inventum , primus omnium meminit (ϵ)

Δια

(β) Plin. N. H. VII. 56.

edit. Oxon. 1715.

(γ) Athen. deipn. I. p. 28.

(ϵ) Geog. XIV. p. 661.

(δ) Clem. Alex. I. Stromat.

Δια` δεῦτε Καρυκὸν εὐεργέος ὄχαντος
Χεῖρα πιθεμενα.

Insertare manum Caricae ansae bene fabricatae. Fragmentum istud sedulo conservavit Strabo Geographus : Homeri autem Scholia fest antiquus habet (ζ) Καρυκόεργεος ὄχαντοι Eustathius (η) vero Καρυκόεργεα ὄχαντα denominavit. Hinc multum lucis affertur Thucydidi , qui Atheniensium conjecturam protulit , simulque adprobavit: Delum antiquitus Cares incoluisse , postquam insulam illam Athenienses in quorum potestate pervenerat , lustrassent ac sepulcra sustulissent (δ) τὴν σκευὴν τῶν ὄπλων ξυντεθαμμένην ex genere armorum , quae cum ipsis fuerunt sepulta : quaeve ibi invenerunt , quoniam , ut inquit Scholia fest , scutum parvum , et galeam cum cristi ornatum Cares cum mortuis sepelire soliti erant , ut dignoscerentur : crista enim in galeis , Carum quoque fuit inventum : unde Alcaeus (ι)

Λόφοι τε σείων Καρυκὸν.

Cristam quatiens Caricam. Eodem pariter spectat , quod ingeniose animadvertis Dionysius Halicarnassensis (κ) qui , ut demonstraret , quod Pelasgi Phalerium , et Phascennium oppida Etruriae antiquissimis temporibus habitarit τῶν ὄπλων πολέμιστρέων κόσμον αἰσθιδας

Ἄρ-

(ζ) In Iliad. VIII. 193.

(ι) Strab. Geogr. XIV. p. 661.

(η) In Il. p. 866. n. 10.

(κ) Antiq. I. 21. p. 16.

(δ) Hist. I. p. 5. 8.

'Αργολικὸς τῷ δέσποτῇ *bellicorum armorum ornatum*, *clypeos Argolicos*, et *lanceas*, quibus utebantur Pelasgi, in argumentum duxit. Megarenses itidem ex monumento, cuius σχῆμα Αμαζονικῆ αὐτοῖς ἐμφερὲς figura Amazonici clypei formam präse ferebat (λ) conjectarunt, ibi sepultam esse Hippoliten Antiopes sororem, quae praelio a Theseo superata, Megara confugit ac prämoerore animi e vita excessit. Sed haec obiter.

Ansae clypei ex corio, vel ligno factae, ut tradidit Aeneas in *Poliortetico* (μ) ὥχαρα σκύπια τῷ ξύλῳ, quem artis bellicae scriptorem egregium satis laudarunt Polybius, et Aelianus. Idemque Polybius (ν) testatur Romanos in expeditionibus operis ansarum, quae ex coriaceis vinculis constabant, scuta humeris gessisse, manibus vero pila, et valrum. Non desunt qui opinentur ansam quoque ex ferro in usu fuisse. Suidas σιδήρον, inquit, τὸ δίκτυον μέσον τῆς αὐτοῖς ὡς κρεπῆ τὴν αὐτοῖς ὁ σρεπιώτης ferrum paruum, quod clypeum medium transit, et quo tenet ipsum miles: excerptis Suidas ex Aristophanis Scholiaste (ξ) cuius scrinia saepe solet expilare. Eustathius (ο) vero lignum, afferit, fuisse antiquitus in medio clypei, quando nondum noti erant πόρπαξες decussati, qui etiam ὥχαρα nuncupantur. Ferrum

(λ) Paus. in Attic. p. 100.

(ξ) In Lysf. 106.

(μ) I. 2.

(ο) In Il. p. 184. n. 20.

(ν) Hist. XVII. p. 754.

rum istud, vel lignum ab uno extremo clypei in aliud exorrectum indicat numus, quem (π) in Gallieni honorem cuderunt Samii.



Ansa etiam λαβὴ dicta: Italis enim clypeum militarem Glaucus Minois filius ostendit, idemque Labicus dictus (ϱ) et ab eo populi ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam Latine ansam vocamus, ut verbis utar Servii. λαβὴ Graecis dicitur id, quo res prehendimus, ut ansa gladii, vasis, vel crateris, sicut et ὁχανον ansa clypei ab ἔχειν, quod teneatur clypeus. Arabes صنارة ansam clypei appellant: qua voce utuntur ad significandam aurem, quinimo ansa ipsa apud Hebraeos ψών, et Arabes ωσι aurem denotat, et quod auri simile, ansam dixere Latini. Virgilius (ς)

Et gravis attrita pendebat eansbarus ansa.

Martialis (τ) urcei ansam pariter dixit. Quod lo-
quen-

(π) Tristan. tom. III. p. 93.

(ς) Eclog. VI. 17.

(ς) Serv. in Aen. VII. 796.

(τ) Epigr. XIV. 106.

quendi genus poëtis Graecis saepissime est familia-re, in Homero (υ) quippe legitur ἀλεισον ἄμφωτον, et in Theocrito (Φ) ut alios fileam, κισσύσιον ἄμ-φῶς. In antiquis marmoribus etiam habetur ΨΥΚ-ΤΗΡ ΔΙΩΤΟΣ crater refrigeratorius duas tenens ansas, (χ) item ΛΥΧΝΙΑΝ ΧΑΛΚΗΝ ΣΑΛ-ΠΙΓΓΩΤΗΝ candelabrum aereum forma buccinae ansatum. Arabes Botanici plurimas plantas ab au-ribus animalium, quibus eadem assimilantur, de-nominarunt. Arum اذان الفبل aures Elephanti : Verbascum اذان الدب aures urfi : Plantaginem اذان العجي aures Hoedi. Herbam Sylvestrem, quam Dioscorides (ψ) μύρος ωτα dixit, Arabes quoque اذان الغبار aures muris nominant. Sed redeat unde aberravit oratio. Intra ansam clypei manum si-nistram, et cubitum inferebant, ut validius eum milites regerent, quemadmodum Athletae ansis in libramentis usi sunt, de quibus haec habet Pausa-nias (ω) τὰς δακτύλας τῶν χειρῶν διενεγκόθαπερ δί' ὁχε-νῶν αἰσθάδος. Comparat vir solertissimus ansulas, quas in libramentis tenebant Athletae, cum his quae clypeis erant adnexae, quibus non minus hi, quam milites digitos inferebant. Eadem loquendi for-mula legitur in epigrammate clypeo Cydiae inscripto apud eundem Pausaniam.

▲Σ

(υ) Odyf. XXII. 19.

Asiat. p. 71.

(Φ) Idyl. I. 28.

(ψ) De Plant. II. 24.

(χ) Ap. Chishul. v. clar. in Antiq. (ω) In Phocic. p. 849.

ΑΣ ΔΙΑΔΗ ΠΡΩΤΑΣ ΑΑΙΟΝ ΠΟΤΕ ΠΗΧΥΤΝ ΕΤΕΙΝΕΝ.

In quo (clypeo) primum sinistrum inseruit bumerum. Virgilius (α) *sinistram insertare clypeo* dixit, vel (β) *clypeum subligare sinistram*. Ovidius (γ) *scuto sinistram subjicere*, Seneca vero (δ) *laevam clypeo ingerere*. Qua de re Graeci ansam clypei appellabant $\sigma\chiανον$, ut diximus, $\lambda\pi\tau\tau\epsilon\tau\chi\etaν$ quod per ansam teneatur: sicque $\lambda\pi\tau\tau\chi\etaν$ $\kappa\pi\pi\alpha\nu\nu$, $\lambda\pi\tau\tau\epsilon\tau\chi\etaν$ $\delta\rho\pi\pi\nu\nu$, $\lambda\pi\tau\tau\epsilon\tau\chi\etaν$ Φρύγεν Φρύγανον: ita pariter $\lambda\pi\tau\tau\epsilon\tau\chi\etaν$ $\sigma\chiανον$ efformatum. Heic Juliani Imperatoris eventum illud in animum incurrit (ϵ) qui quum apud Parisios quatiens scutum variis motibus exerceretur in campo, axiculis, queis orbis erat compactus, in vanum excussis, ansa remanserat sola: quam retinens valida manu stringebat; territisque, ut omne diro, praesentibus cunctis, nemo, inquit, vereatur: *babeo firmiter, quod tenebam*. Quo spectant duae formulae proverbiales, quae apud Arabes ab Ansa sunt deductae: prima habetur in Corano ﴿كَمَا تَرَى﴾ prebendit ansam firmissimam, hoc est optimam tenet religionem. Altera vero apud Harririum فَقَدِ الْقَبْتُ الْبَكَ الْعَرَبِي nam fane ansas tibi tradidi, scilicet rem tuo permisi arbitrio; ut animadvertisit doctissimus Albertus Schultens in notis ad excerpta e libro *Eloquentiae Kussiticae*.

Cly-

(α) Aen. II. 671.

(δ) Phoen. IV. 499.

(β) Aen. XI. 10.

(ϵ) Arn. Marcel. XXI. 2.

(γ) Trist. IV. 1. 73.

Clypeus ob figuram circularem , quam tenet , facilius in gyrum , et commodius movetur per ansam ut adnotavit Aristophanis Scholia festes (ζ) ἀφερῆς δὲ ἔσται ἡ αστίς ὀχινέτη κυκλικῶς ἀλλὰ τὰ πόρπακος . Duplicem ansam , ut plurimum , in clypeis ostendunt (η) numi , in unam immittitur cubitus , altera vero manu tenetur , ut robore majore regatur clypeus . Hunc ὄχαντος ansae usum Cleomenes docuit Spartiatas (θ) instituitque τὴν αστίδα Φορεῖν δὲ ὄχαντος μηδὲ πόρπακος ut clypeum ferrent ansa , non loris . Plutarchus , qui haec enarrat , aperte ὄχαντος λότο πόρπακος discriminat . Eustathius contra in aliam sententiam dicescit , namque nullo modo arbitratur ὄχαντος λότο πόρπακος discrepare , cuius verba operae praeium est in medium proferre , quum nobis non liceat in tanta rerum caligine , et obscuritate dicere ultra pars justiore habeat causam neque tantas inter se componere lites . Eustathius commentariis in Iliada (ι) haec habet Καρικοέργεα ὄχαντα ὅ ἐσι τὰς πόρπακας ως Αἴλιος Διόνυσος ἐρμηνεύων , Φησί. πόρπαξ , τὸ ἔντος τῆς αστίδος περστήμην δι ἢ τὴν χεῖρα διεῖρον a Caribus ὄχαντα excogitata , πόρπακες scilicet , ut Aelius Dionysius explicat hisce verbis . Πόρπαξ est additamentum intra clypeum , in quo manum inferebant . Iterum (κ) Κᾶπες δὲ ως καὶ περιέρχεθη τὰς πόρπακας εὗρον Cares , ut prius

(ζ) In Equit. 845.

(η) Patin. p. 207. Beger. 621.

(θ) Plat. in vit. Cleom. p. 809.

(ι) In Il. p. 866. n. 10.

(κ) In Il. p. 990. n. 30.

prius dictum est, πόρπακες invenerunt. Denique (λ) οἱ νῦν χασοὶ πόρπακες οἱ καὶ ὄχαρα λέγοντες qui nunc πόρπακες decussati (id est in formam literae X. deduciti) iidem et ὄχαρα appellantur. Quamobrem Eustathius in eorum sententiam ivit, qui in Homerum (μ) Sophoclem (ν), et Aristophanem (ξ) scholia ediderunt. Verum per πόρπακα (ut pro Plutarcho aliquid dicam) potius τελαμῶν lorum, quam ὄχαρον ansa intelligi videtur, quoniam τελαμῶν lorum πόρπακι fibulis clypeo adnexum ab humero sinistro, et collo dependebat antiquitus, unde illi nomen fuit πόρπακ, ut opinor, apud Sophoclem, Euripidem, et Aristophanem, qui loco τελαμῶνος, qua voce usus Homerus, Herodotus, et post multas aetas (ο) Lucianus, τὸν τελαμῶνα dein denominarunt πόρπακα. πόρπη enim, vel πόρπαξ idem est ac πέρων, scilicet fibula, qua uestes subnectuntur. Homerius (π)

Πόρπακε γνάμωνας θ' ἔλκας, καίληκός τε καὶ σφυρός.

Fibulasque, tortilesque armillas, fistulasque, et torques: ubi Scholiastes haec ait πόρπας αἰς αἱ χλανίδες κατεβάλλοντες, περίτριας δηλαδή

. Non alienum heic esse videtur, ut insignia, quibus antiqui τελαμῶνας lora clypearum ornabant, ante

(λ) In Il. 184. n. 20.

(ξ) In Equit. 845.

(μ) Il. VIII. 193.

(ο) De Gymnas. p. 289.

(ν) In Ajax. flagel. 575.

(π) Il. XVIII. 401.

te oculos ponam. Homerus poëtarum princeps describit Agamemnonis clypeum , in cuius loro argenteo. Draco erat in Symbolum (ε)

Τῆς δὲ ἐξ ἀργύρεος τελαμῶνος αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ
Κιάνεος ἐλέλικός δεόχεται.

Ex eo (clypeo) argenteam lorum erat, et supra istud caeruleus sinuabatur draco. Quem imitatus est Euripides (ε) quum Hecuba clypeum Hectoris demortui alloquitur, qui formam ejus gestabat in lorno, quod ex argento, vel auro constabat.

Ως δὲς οὐ πόρπαχι σὸς κεῖται τύπος
Ιτυος τὸν εὐτόρνοισι τελεφόροισι ιδρώσ.

Quam dulcis in loro tua jacet figura, umbonisque in bene tornato ambitu, (quam dulcis. ineft) sudor. Mos enim erat, ut adnotat Pausanias (τ) ornandi interiorem clypei partem variis figuris: in Altis, inquit, ubi templum Junoni dicatum, αστίς ἐστιν χαλκὸς γεφῆ τὰς ἀρτὸς πεποιλοκιμένης clypeus est aerea lamina conctetus, varia interius exornatus figura. In loro etiam, e quo gladius dependet, τελαμῶν pari- ter dicto, caelatae erant res variae ac diversae, ut narrat Homerus (υ).

Σκερδάλεος δὲ οἱ αὐτὸὶ τελεφόροι στήθεσσιν αὔρτηε
Χρύσεος δὲ τελαμῶν οὐα θέσκελα ἔργα πέτυχο.

Hor-

(ε) Il. XI. 36.

(ς) Hecub. 1192.

(τ) In Eliac. p. 494.

(υ) Odyss. XI. 608.

*Horridus autem illi circum pectora balteus, aureum
lorum, ubi miranda opera elaborata erant. In ca-
pulis ensium quoque paterna avitaque fortiter facto-
rum monumenta caelata celeberrimi duces habue-
runt.* Statius (φ)

*Jam capulum renitente manu, sine pondere ferri,
Mentis inops, ebur infelix, decorisque pudendi
Perfida signa abjicit, monumentaque tristia longe
Spernit.*

Capuli enim gladiorum ebore decorati, ut Plinius (χ) DE CLY-
inquit. PEI THE-
CA DE
ARMA-
MENTA-
RIIS AC
DE VN-
CTIONE
CLY-
PEO-
RUM.

*Scutis custodiendis, ne pluvia aut contritione cor-
rumpantur, tegumenta adhibita: unde Caesar (ψ) haec
habet: scutis tegmenta detrabenda, quum scilicet pra-
lium ineundum erat. σάγματα Atticis dicta. Euripi-
des (ω)*

Κάλλιστα τεύχη δὲ καλοῖς σάγμασι.

*Pulcherrima autem arma in pulchris thecis. Scho-
liaastes σάματα sic explicat θήκας τῶν ἀστιδῶν. Adde
etiam (α) Pollucem, et Hesychium σάγμα τὸ ἔλυ-
τρον τῆς ἀστιδός. Haud aliter Lutatius Statii vetus,
et doctus interpres Lindebrogio dictus, Coryton (β)
theca arcus solius dicitur, sicut pharetra sagittarum,
et sagma scuti. Cicero (γ) autem involucrum clypei*

NO-

(φ) Theb. V. 725.

(ω) Onom. VIII. 157.

(χ) H. N. XXXIII. 12.

(θ) In Theb. X. 730.

(ψ) De Bel. Gallic. II. 21.

(γ) De nat. Deor. II. 14.

E 2

Σάγμα τὸ πολυτελέστατόν αὐτῶν.
Εἰ Διονὺσος οὐτας. Θαυματίου
Αγριόπορος θρησκεία. Τέσσερας γορ-
γος, τρισσύμπολος τε τῷ βαρύμονος
εἰ γοργος ταῦτα αἰσθάνεται τερατών αἴ-
γογγών. Λίγων ἐστι, τοις τρισσύμπολοις
εἰ ταῦτα δέκατος τοῦ οὔποτε Ιδε-
μένος διεμπλακοῖ επειδὴ οὐδὲν νο-
τίαν.

Γεννατος τοῦ οὔποτε Ιδεμένος διεμπλακοῖ επειδὴ οὐδὲν νοτίαν.

Γεννατος τοῦ οὔποτε Ιδεμένος διεμπλακοῖ επειδὴ οὐδὲν νοτίαν.

Γεννατος τοῦ οὔποτε Ιδεμένος διεμπλακοῖ επειδὴ οὐδὲν νοτίαν.

nominavit. Graecis quoque δεροδόκη est θίκη τῇ δέργειος (δ) ac καλεός ἡ θίκη τῇ ξίφει. Verum pro custodiendis armis δημοσίας ὑπλοθήκας *publica armamentaria*, non modo Graeci, sed Romani etiam instituerunt. Livius (ε) meminit armamentarii, quod Chalcidis conflagravit *cum ingenti apparatu machinarum, tormentorumque.* Cicero (ζ) aliud commendat Θωμαζταῖν ἔργον juxta Plutarchum (η) quod Philo architectus Atheniensis fecit ac Sylla dein inflammat. Romae publicas armorum officinas extitisse sub Maximino, et Albino Augustis narrat (η) Herodianus: hinc *armorum custodes* in Pandectis (ι), et in marmoribus (κ) atque ut magis tutae, et inviolatae forent, custodiae Herculis eas dedicarunt, ut ex inscriptione Graeca compertum est, quam supplevit Clarissimus Seldenus (λ)

ΓΕΣΣΙΟΣ
ΦΛΑΚΚΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ
ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΟΠΛΟ
ΦΥΛΑΚΙ

*Gessius Flaccus praefectus armorum Herculi armo-
rum*

(δ) Pollux in Onom. I. 136.

(ε) Leg. ultim. π. de militari.

(η) Hist. XXXI. 23.

(κ) Grut. DXLVI. 9.

(ζ) De Orat. 62.

(λ) Vol. II. p. 1466. edit. Lond.

(η) In vit. Syll.

1726.

(θ) Hist. VII. 11.

rum custodi. Conservandis autem clypeis , quum oleum valde conferat , ungere eos Antiqui curabant , ut corium magis roboretur : oleo quippe emollita (μ) δυσεγγένερος οὐ πλατῶ αὔξενερος γίνεσθαι νερόγενες οὐδὲ οὐλα corruptioni minus sunt obnoxia , et diutius duratura , quae jam sunt emortua. Arvina pariter rubiginosa terguntur , et poliuntur , quae ad hunc usum est aptissima : de qua Virgilius (ν)

*Pars leves clypeos , et spicula lucida tergunt
Arvina pingui.*

Servius hanc vocem sic interpretatur : *Arvina est durum pingue , quod est inter cutem , et viscus.* Alii *Arvinæ nomine laridum dicunt.* Mos clypeos ungendi Hebraicis non fuit ignotus : unde in Bibliis (ξ) קומת השרים משחו טן (ξ) surgite principes , ungite clypeum. Curam poliendi clypeos ac reliqua arma , quae milites Romani curare , et tergere ante tentoria (ο) stata die solebant , Graeci poëtæ , et Latini principibus viris , Diis ac Deabus tribuerunt. Homerus Alexandrum Priami filium repraesentat (ο)

Αατίδα καὶ θώρικα καὶ Ἀγκυλα τέξτα φέρεται.

Clypeum , et thoracem , et curvos arcus polientem. Statius de Vulcano haec habet (π)

Qui

(μ) Lucian. de Gymnas. p. 286. (ο) Liv. XXXVI.

(ν) Aen. II. 626.

(π) Il. VI. 322.

(ξ) Isai. XXI. 5.

(τ) IV. Sylv. 5. 48.

*Qui polit arma Deorum
Lemnius.*

Idemque de Diana (e)

*Ipsa coronat
Emeritos Diana canes, et spicula tergit.*

Clypeos itidem ungebant, ut fulgore oculos hostium perstringerent. Plautus (s)

*Curate, ut splendor meo sit clypeo clarior,
Quam solis radii esse, olim quum sudum est.
Et ubi usus veniat contra conserta manu
Oculorum perstringat aciem in acie hostibus.*

Nec secus Horatius (r)

*Jam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumque vultus.*

Qua in re poëtae Latini Homerum (v) sunt imitati

*Οστε δ' αμερόν
Αυγὴ χαλκέην*

Quae verba Claudianus (φ) in Latinum sic vertit:

*Praestringit abena
Lux oculos.*

Phi-

(e) III. Sylv. I. 53.

(s) In Milit. gloriol. act. I, sc. I.

(r) II. carm. I. 19.

(v) II. XIII. 340.

(φ) IV. cons. Honor.

Philopoemen dicere solitus τὴν λαμπρότητα συμβάλλεσθαι πρὸς ἐκπλεξιν τῶν ὑπεναγλίων (χ) *splendorem* (armorum) ad *terrorem hostibus incutiendum vim magnam babere*. Fulgor quoque armorum valde affectatus ab Heroibus ad decus sibi augendum, uti de Polynice dixit (ψ) Euripdes.

Ως ὄπλοις χρυσέοιςιν εὐπρεπῆς, γέρον,
Ἐφόις ὄμοια Φλεγεθῶν
Βόλαις αἰλία.

Aureis armis quam decorus est, o senex, matutini fulgurans, sicut radii solis.

Clypei Veterum non modo ob variam materiem, ut diximus, verum ob diversam etiam figuram inter se longe distabant: qua in re pertractanda multum operae, diligentiae, laborisque insumendum, ut alio sermonem de hinc transferre possimus. Quis clypeum invenerit, difficile est vestigatu. Acrisio, et Proeto id tribuunt Plinius (ω), et Apollodorus (α). Aristides ab Aegyptis (β) originem accepisse ac deinde ad Athenienses transisse contendit. Plato (γ) autem a Minerva Atheniensibus commonestratum statuit. Graeci enim quicquid magnam utilitatem generi adferret humano; id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur.

DE VA-
RIIS
CLYPEO-
RVM
SPECIE-
BVS.

(χ) Polyb. XI. p. 629.

(ψ) Phon. 171.

(ω) H. N. VII. 56.

(α) II. 1.

(β) Orat. de Minen. tost. 1. (γ)

(γ) Timae. p. 24. edit. H. Steph.

DE CLY-
PEO AR-
GOLICO.

Verum quum rerum origines, progressionesque
in tenebris jaceant, quas vetustas, ut multa alia,
oblivione obruit, isthaec tanquam dubia et incerta
praetermittere cogitavi, facilius enim est falsa con-
vincere, quam vera invenire: ac primo ab Ar-
golico clypeo initium duco, qui inter ὅπλα καλὰ (δ)
insignem locum tenuit ac Polluci (ϵ) εὐδόκιμα ἀστὶ^s
laudatissimus dicitur *clypeus*. Hujus έκλυπον exhibit
Argivorum numus apud Goltzium



in quo Danaus clypeum Junoni sacrum praefert, ga-
leae Argivae insidens, cum baculo incurvato ad for-
mam litui ad auspicia sua praebenda, tanquam praeses
ludicri illius quinquennalis, quod agebatur Argis pro-
clypeo evellendo, de quo infra prolixius: Danaus e-
nim *Junoni clypeum consecraverat*, quem *in juventa*
gesserat ut ait Higynus fabula CLXX. Rotundam
habuit figuram clypeus Argolicus: unde Homer-
rus (ζ) ἀστίδα πάνοτε ἴσην appellavit, id est κυκλο-
τέρη, ut exponit Scholiafestes. Inter Latinos Vale-
rius

(δ) Aelian. V. H. III. 24.

(ζ) Il. III. 347.

(ϵ) Onom. I. 149.

rius Flaccus (n) *clari decus orbis*, Claudianus (g) *clypei orbem*, Ammianus Marcellinus (i) *orbem ἀπλῶς*. Circuli enim forma, ut opinatus est Pythagoras, omnium planorum formis pulchrior est atque praestantior, eadem ratione ac sphaera omnium solidorum figuræ longe multumque antecellit (x) τὰν οχημάτων τὸ κέλλον σφαῖραν εἶναι τῶν σερῶν. τῶν δὲ ἐπικέδων κύκλον. Quoniam, ut hujus sententiae veritatem confirmat Cicero (λ) *bis duabus formis contigit solis*, ut omnes eorum partes sint inter se simillimae, a medio tantum absit extremum, quantum idem a summo, quo nihil fieri potest aptius: hujus enim figuræ extremitas paribus a medio radiis attingitur. Argivi hanc clypei speciem, ut diximus, excogitarunt ac in praelio inter fratres Acrisiū, et Proetū reges itidem Argivos primum adhibuerunt. Acrisiū vivebat A. M. MMDCVI. ad numerum Eusebianum DCLXXIII. Hinc Argivi ἀσπιδόροφος λεω̄ς (μ) Aeschylō dicti, vel λεύκαστης Αργοθεν. Euripides autem (ν) pro Argivo exercitu usurpavit.

Πολλὴν ἀθροῖται ασπίδαν Ἀργείων

Multum colligens clypeum Argivornm. Veteres scriptores non modo Latini, quam Graeci quae circu-

(i) Argon. VI. 367.

(λ) De nat. Deor. II. 18.

(g) De bel. Gildon. 211.

(μ) Agam. 834.

(i.) Hist. XXI. 2.

(ν) Phoen. 77.

(*) Diog. Laertius VIII. 55.

culari erant figura, clypeo Argolico saepe compararunt. Virgilius (ξ) oculum Polypheui Argolico clypeo, vel areae solis similem dixit:

Argolici clypei, aut Phebeae lampadis instar.

Servius causa magnitudinis, et figurae circularis id dictum putat: quod Ovidius, qui Virgilium est imitatus, intellexisse videtur (\circ) apud quem Cyclops ita Galateam alloquitur:

*Vnum est in media lumen mibi fronte, sed instar
Ingentis clypei.*

Κυκλοτερὸν rotundum Cyclopum oculum nominavit (π) Hesiodus.

Κυκλοτερὸς ὁ φθαλμὸς τοις οὐέκτη μελώπω.

Ita pariter Strabo (ρ) ficum Indicam dixit habere τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος ωκεάνιω folia non minora clypeo. Diodorus vero (ς) ad figuram circularem respexit, ubi de ortu solis apud Sabaeos loquitur, qui ἀσπιδῶν clypei formam induit. Ammianus quoque Marcellinus (τ) arcis, inquit, medietas in sublime consurgens tereti ambitu, Argolici clypei speciem referbat. Denique nonnullae insulae, et urbes, quoniam clypei Argolici formam exhibebant, ἀσπὶς, vel clupea denominatae: et ne longus sim, aliquas tan-

(ξ) Aen. III. 637.

(ρ) Geogr. XV. p. 694.

(\circ) Met. XII. 851.

(ς) B. H. III. p. 127.

(π) Theog. 145.

(τ) Hist. XXIV.

tantum enumerabo. Libyae urbs quaedam in promontorio Mercurii sita, Stephano dicitur αστρις ac Silio Italico (υ)

In clypei speciem curvatis turribus Aspis.

Plinio vero *clupea* (φ) unde in maximo errore versatur (χ) Ptolemaeus, qui diversas fecit urbes. Inter Tejum, et Lebedum jacet quoque (ψ) ἄσπος Ἀστρις *insula Aspis*. Αστρις etiam urbs Macedoniae apud Stephanum. Scuto Gallico Cyprum insulam Higynus (ω) comparavit, ne tacitus praeteream gemmam, quae *clypeidos* dicta (α) ob clypei figuram cui assimilatur, vel Cartilaginem, quae Laryngis prima, et anterior, Graece θυροειδής χόνδρος dicitur.

Verum unde digressa est, revertatur oratio. *Clypeus Argolicus* totum obtegebatur corpus: unde Homero (β) αστρις dicitur περιόσσα, αμφιβότης, ποδηγεκῆς, hoc est ἀνδροκήκης *hominis staturam aequans*, ut explicat Eustathius. Quoniam vero ob gravitatem hujus clypei Argolici, milites ad motum impeditiores se praebabant, Iphicrates Atheniensis, qui magnam in re militari laudem consecutus erat ob longum Persicae militiae usum, *Peltas* substituit, quibus bellatorum corpus tegeretur, ut levitate magis

(υ) Punic. III. 244.

(ω) Fab. 276.

(φ) H. N. V. 4.

(α) Plin. H. N. XXXVII. 2.

(χ) Geogr. IV.

(β) Il. XVI. 803. XI. 32. XVI.

(ψ) Strab. XIV. p. 643.

646.

gis ad expeditiones habiliores forent: quive prius
 ὅπληται, dein πελλασμοὶ appellati. Calceamenta quoque
 militum, ut citius solvi, et facilius gestari possint,
 excogitavit: hastae longitudinem sequiplo, et gla-
 dii duplo auxit. Quae omnia accurate recenset Dio-
 dorus Siculus (γ) a qua sententia non discedit Cor-
 nelius Nepos, qui *ante illum imperatorem maximis*
clypeis Graecos usos fuisse attestatur. Alii vero
 uti Pausanias (δ) et Polyaenus (ϵ) Philopoemini
 id vindicant; qui Achaeis auctor fuerit, ut arma-
 turam immutarent ac pro scutis oblongioribus cly-
 peos Argolicos gestarent. Populi etiam, qui e
 Graecia in Asiam emigrarunt ac colonias deduxe-
 runt, non modo sacra, leges, et magistratus eos-
 dem, quos in Metropolibus habebant, retulerunt;
 verum etiam clypearum ac reliquae armaturae for-
 mam servarunt, et retinuerunt, ubi domicilium
 fedemque collocassent. Hinc Herodotus (ζ) de-
 numerans Asiae gentes, quibus exercitus Xerxis
 constabat in expeditione adversus Graecos, recen-
 set Dorienses ex Asia, qui ἔχοντες τε Ἑλληνικὴ ὅπλα
Graeca gerebant arma, quoniam γεγονότες δύτα Πελο-
πονῆς e Peloponesso propagati. Jones quoque me-
 morat armatos Graeco ritu, qui e Peloponesso
 etiam originem trahebant, atque Aeolenses, qui
 olim Pelasgi. Ac demum Hellespontios, qui
 nis-

(γ) B. H. XV. p. 480.

(δ) In Arcad. p. 100.

(ϵ) Strat. VI. 4. 3.

(ζ) Hist. VI. p. 93. 94. 96.

iisdem Graecis armis utebantur , tanquam Jonum ,
et Doriensium colonos.

Nunc ordo poscit , ut de Romanorum scuto ^{DE RO-}
^{MANO-}
^{RVM}
^{SCVTO.} diligenter agamus , quo ad munimentum , uti et
gladio ad pugnandum ceteris nationibus longe ex-
cellebant. (n) Romani ab initio clypeo Argolico
usi sunt usque ad Servium Tullium regem IV. O-
lympiade XLIX. A. M. MMMCCCLXVIII. ad
numerum Eusebianum MCCCCXXXV. qui cetera
arma ferri jussit , quae superiores gestaverant , sed
loricas illis ademit *τριγώνη ασπίδων θυρεός ἐδώκε* (g) et
pro clypeis scuta dedit , ut tradidit Dionysius Ha-
licarnassensis : ita etiam coaevus Dionysio Livius ,
ubi ait (i) *scutum pro clypeo ferri edixit* , et prae-
ter loricam omnia eadem concessit , id est galeam ,
et ocreas , nam qui longioribus illis scutis uteban-
tur , lorica non indigebant. Latini a Manlio de-
victi , qui *clypeis antea Romanis usi sunt dein post-*
quam stipendiarii facti sunt , scuta pro clypeis fecere
teste eodem Livio praeclaro historiae Romanae
scriptore (x) scutum istud Romanorum oblon-
gum , et incurvum in columna Trajani , et M.
Aurelii visitur.

Scu-

(n) Polyb. II. p. 218.
(g) Hist. VIII. 8.

(i) Hist. I. 43.
(x) Hist. VIII. 8.



Scuta Romana Arrianus, qui vixit sub Adriano
 (λ) θυρεὸς πλάτεις καὶ σφρύκεις scuta lata, et oblonga nun-
 cupavit. Verum Polybius omnium primus scutum
 istud sic designavit (μ) θυρέος ἐπὶ τῷ μὲν πλάτος ἐσὶ τῆς
 χωτῆς ἐπιφανείας πέντε ἡμιποδίων. τὸ δὲ μῆκος ποδῶν τετλάρων
 scutum longitudine latum in superficie gibba duos
 pedes cum dimidio : longum pedes quatuor : hinc
 clypei curvamen (ν) apud Ovidium. Hujus enim
 scuti magnitudine per facile se Romanus tuebatur
 miles, ut inquit (ξ) Livius. Dio, qui vixit im-
 perante Alexandro Severo idem confirmare vide-
 tur (ο) quum Romanos affirmat usos fuisse ταῖς
 σφρυκέσι ασπίσι ταῖς κοίλαις ταῖς σωληναῖς oblongis
 clypeis cavis in morem tubi incurvatis. Dio pro
 θυρεοῖς posuit ασπίσι, in quem errorem lapsi sunt
 plures inter antiquos. Julianus ασπίδας pro θυρεὺς
 (π) pariter dixit: Leo θυρεὺς cum ασπίσι confudit,
 ut

(λ) In Tact. p. 16. edit. 1682. (ξ) XXXIV. 38.

(μ) Hist. VI. p. 469.


(ν) Met. XII. 95.

(ο) XLIX. p. 409. edit. Han. 1606.

(π) Orat. I. p. 36. edit. Lips.

ut ab initio diximus. Quamobrem recte admonevit Phrymichus θυρεὸν οἱ πολλοὶ ἀνὴ τῆς ἀσπίδος πέθεατι. Diodorus autem (ε) ἀσπίδα clypeum longe diversum ἔπο τῇ θυρεῖ a scuto posuit, quoniam Romani utrisque in bello utebantur tempestate illa in qua floruit, floruit enim sub Augusto (ε). Eandem methodum constanter persecuti sunt Dionysius Halicarnassensis, et Livius: primus τὴν ἀσπίδα ἔπο τῇ θυρεῖ semper discriminat, alter vero ἀσπίδα Latine vertit clypeum, θυρεὸν scutum. Bibliorum quoque interpres Graeci (τ) non constanter voces clypearum Hebraicas Graece converterunt: etenim νῦν modo est ἀσπὶς, modo θυρεός. νῦν ἀσπὶς, et ut plurimum θυρεός.

Clypeo pariter Romani uti solebant, qui ovi formam habuit, uti in marmoribus conspicimus.



Tertium denique scutum a Samnitibus desumpsere, a parte superiori quadratum, in inferiore ova-

(ε) B. H. l. 43.


2 Reg. 1. 21. 2 Reg. 19. 32.

(ε) Eclog. p. 290.

Cantic. 4. 4.

(τ) 1 Paral. 5. 18. 1 Reg. 17. 6.

ovatum , ut facilius in gyrum verti , et tractari possit , uti illud descripsit Livius (v) *forma erat scuti , summum latius , qua pectus atque humeri teguntur , fastigio aequali : ad imum cuneatior mobilitatis causa , quod in marmoribus pariter occurrit.*



Clarissimus Fabrettus hujus figuram quoque exhibuit in scuto Batonis (φ) gladiatoris Samnitis impresso in ejus sepulcro , quod servat Villa principis Pamphili cum epigraphe BA-TO-NIS- Hic est Bato ille , quem , ut narrat Dio (χ) Antonius Caracalla illustri affecit sepulcro. De hoc scuto fortasse intellexit Athenaeus (ψ) quum dixit Σαμνιτῶν Λ' ἔμαθον Θυρεῖς χρῆσιν Samnites Romanos docuere scuto se protegēre. Idem Itanum unum e popularibus suis jactabant πρῶτον Θυρεὸν καλασκεύασαι scutum primo fabricasse , ut memoriae prodidit (ω) Clemens Alexandrinus : Tritanum vero habet Plinius

(v) Hist. IX. 40.

(ψ) Deipn. VI. p. 273.

(φ) De Columna Trajani p. 259.

(ω) Strom. I. p. 307.

(χ) Hist. LXX. p. 873.

nius (α) Romani enim non modo a Samnitibus, ut diximus, scutum acceperunt, verum etiam ab aliis plura armorum, et machinarum genera mutuati sunt. Nonnulli putarunt θυραντας a Gallis defumpsisse freti auctoritate Pausaniae (β) qui κελτικος θυραντας, et επιχοεις Celtica scuta, et patria denominavit: sic pariter σπαθας gladium nempe, quo Galli caesim feriebant, et Lanceas, quoniam utraque sunt vocabula Gallica (γ) Gladium ab Hispanis (δ) qui constabat lamina valida, et firma: Hispani enim punctum magis quam caesim assueti petere boitem (ϵ) quos Romani sunt imitati. (ζ) A Tyrrhenis (η) acie per Phalangum turmas instructa (η) pugnare: armaturam vero Equitum (ϑ) machinarum (ι) et obsidionalium instrumentorum fabricam a Graecis acceperunt, qui plerasque ac praecipuas circa tempora belli Peloponessiaci machinas (κ) invenero, namque αρης ναι κελωνας arietes, et testudines Pericles (λ) in obsidione Sami adornavit ope Artemonis Clazomenii, ingeniosam illi operam navantis Olympiade LXXXIV. 4. A. M. MMMDXXI. quamvis Agesistratus in Poliorceticis (μ) arietem pri-

(α) H. N. VII. 20.

(ι) Athen. deipn. VI. p. 273.

(β) In Phocic. p. 847.

(κ) Thucid. II. p. 128. IV. p. 271.

(γ) Diod. B. H. V. p. 213.

(λ) Diod. B. H. XII. p. 302.

(δ) Polyb. VI. p. 471.

(μ) Athenaeus de machinis p. 3.

(ϵ) Liv. XX. 46.

inter veteres Mathem. quos e-

(ζ) Polyb. II. p. 121.

dendos jussit Ludovicus XIV.

(η) Athen. deipn. VI. p. 273.

Parisiis an. 1693. in folio.

(ϑ) Polyb. VI. p. 472.

primum in obsidione Gadium a Carthaginensibus fuisse excogitatum putaverit : Helepolin , quam adhibuit adversus Rhodios Demetrius Antigoni filius , reperit (ν) Epimachus Atheniensis , eamque descripsere Diodorus (ξ) et Apollodorus (ο) qui sub Trajano inclaruit . Diades pariter (π) invenit turres ambulatorias , et terebram , et corvum , et ascensoriam navem . Petrariam autem (ρ) primum in Rhodo fabricavit Charon Magnesius , Sambucam (σ) Damius Colophonius , Catapultam polybolon , seu multiiaculam (τ) Dionysius Alexandrinus Rhodiis construxit . Hisce machinis bellicis , quae primum post Periclem , temporibus Dionysii (υ) qui tyrannidem in Sicilia exercebat , et Philippi Macedonum regis ac patris Alexandri incrementum habuerunt : quasve Athenienses , Siculi , Rhodii , Carthaginenses , et Alexandrini ingenio , et industria elaborarunt , Romani deinceps usi sunt , quibus mos fuit , ut quod erat melius feligerent , inque sua commoda , utilitatesque (φ) converterent . Institutum istud ante Romanos aliae quoque nationes amplexatae sunt , namque aciem praesertim equitum in formam Rhombi sunt imitatae , quam Thes-

(ν) Idem Athen. p. 7.

(σ) Biton p. 110.

(ξ) B. H. XX. p. 780.

(τ) Philo de telor. construct. p. 73.

(ο) In Poliorcet. p. 43.

(υ) Athen. p. 4.

(π) Athen. p. 4.

(φ) Arrian. in Tactic. p. 75. et

(ρ) Biton de construct. bellic. machin. p. 105.


97. adde etiam Polyb. VI. 23. et Sallust. de bell. Catilin. 52.

Theffali excogitarunt ; Scythae aciem Cunei, quam accepit Philippus Macedo , Siculi vero , et nonnulli Graeci aciem quadratam a Persis desumpserunt, Romani demum ab Hispanis cursum Cantabricum usurparunt ac suum fecerunt, ut multa alia silentio praeteriream, de quibus videndi Aelianus , et Arrianus.

Parma *τριπέδης τείχος ἔχει τὸν διάμετρον rotunda*
triū pedū diametrum habens, ut inquit Polybius (χ) Livius etiam *tripedalem* nominavit (ψ)
 Romani in bello eam gerebant : unde quaterni
 sibi clypeum adoptarunt : non plana, sed *cava parma* (ω) fuit , eamque non modo Velites (α) verum , et Equites (β) gerebant , sed breviorem :
 unde Horatius (γ)

*Tecum Philippo, et celerem fugam
 Sensi relicta non bene parmula.*

Parmae formam e marmoribus exceptam heic in
 medium proferre placuit.



Par-

(χ) Hist. VI. p. 458.(α) Liv. XXXVI. 4.(ψ) Hist. XXXVI. 4.(β) Liv. VII. 7.(ω) Met. XII. 89.(γ) Carm. II. od. 7.

G 2

Parmas, et hastas argenteas Cajo, et Lucio Augusti filiis Equites Romani dono obtulerunt, ut habet marmor Ancyranum.

EQVITES AVTEM ROMANI VNIVERSI
PRINCIPEM IVVENTVTIS VTRVMQVE
EORVM PARMIS ET HASTIS ARGENTEIS DONATVM
APELLARVN.T.

Servius a clypeo Parmam sic distinxit (δ) *parmae levia arma, clypei majoris ponderis.*

DE PELTA. Pelta est ὅπλον σμικρότερον τῆς ασπίδος καὶ ἐλαφότερον armatura minor leviorque clypeo, ut ait Arrianus (ε) in *Tacticis*. Suidas pariter eam ασπίδιον appellavit. Thraces primi Peltam adhibuerunt in equis teste Clemente Alexandrino (ζ) Thracibus quoque eam tribuit Xenophon (η) quos πελτασὰς ὄντας peltas gestantes vocat. Iphicrates Atheniensis summovit clypeum Argolicum ob ejus gravitatem, eique substituit Peltam, cuius fecit usum apprime utilem in expeditionibus, quum levior ac mole minor fuerit clypeo, ut diximus paulo ante. *Peltastae* iidem sunt ac *Cetrati*, ut Livius affirmat (ϑ). Persae Peltam in bello pariter usui habuere (ι) quam Artaxerxes gestabat, ac Ptolemaeus, qui deinde regnum Aegypti occupavit, (κ) ὑπέρεσχε τὴν πέλτην pel-

(δ) In Virg. Aen. I. 10.

(ε) p. 12.

(ζ) I. Strom. p. 307.

(η) In expedit. Cyri p. 336.


(ϑ) Hist. XXXI. 36.

(ι) Plut. in vit. Artaxer.

(κ) Plut. de fortit. Alex. Orat. I.

p. 327.

pelta protexit, et tutatus est Alexandrum in prae-
lio. Peltae Thraciae formam designavit Dionysius
Halicarnassensis (λ) ubi de Salis loquitur, qui
Martis erant sacerdotes. Laeva, inquit, unusquis-
que eorum κατέχει πέλτην Θρακίαν. ἢ δὲ ἐν τῷ ράβδοντός
στενοτέρης ἔχοντι τὰς λαγόνας ἐμφερῆς, οἵας λέγονται φέρει
οἱ τὰ Κυρήτων πορῷ Ἑλληνικῶν ἐπιλελῦτες οὐδέ *Peltam Thra-
ciam gestat*: haec autem similis est scuto oblongo,
latera augustiora habenti, cujusmodi apud Graecos
illi gestare solent, qui Curetum sacrī operantur.
Clypei enim Curetum ovalem figuram tenent,
quam et Ancilia ipsa Saliorum referunt, ut in nu-
mis videre est, quos heic poni curavimus in gra-
tiam eorum, qui illos inspicere ac inter se invi-
cem comparare velint.



Restat, ut qualis sit Peltae Amazonum forma,
inquiramus. Julius Pollux. (μ) eam ita describit Πελὴ^A
Ἀμαζονικὴ ὡς Φηλὶ Ξενοφῶν παρεοικῆς κιτῆς πετάλῳ *Pelta*

(λ) Hist. II. 71. p. 130.

(μ) Onom. I. 134.

Amazonica autem, ut Xenophon inquit, bederae folio similis est. Idque in libro de expeditione Cyri (,) legitur ac pro παρεικῆν est ἀκασμέν. Ad hederae folium vir celeberrimus, ut opinor, intendit, quum hedera nova folia habet, nam foliis immutatur, ut observavit Theophrastus (ξ) νέα μὲν ὄντος ἐγωνάτερα, προσθυτέρα δὲ τελεότερα dum enim nova, angulatiora folia gerit, quum autem aetate provecta fuerit, rotunda. Contra vero populi folia τὰ νέα μὲν τελεότερη, τὰ δὲ παλαιότερα γνωσθήν nova orbiculantur, vetera in angulum definunt. Poëtae Peltam versibus designant in speciem ac figuram Lunae semiplenae seu bicornis. Virgilius de Penthesilea (ο)

Dicit Amazonidum lunatis agmina peltis:

hoc est, scutis brevissimis in modum Lunae jam mediae, ut Servius exponit. Nonnus (π) illam nominavit σάκος ημιτέλεσον scutum semiperfectum, vel

‘Ημίζυρος κύκλῳ φέρων τύπον εἶχον μάνις.

Semisepti circuli ferens figuram imaginem Lunae. Cointius autem Smyrnaeus (ε) majore verborum ornatu ac elegantia. Peltam sic descriptisit.

‘Ἄργ’ ἔθετ ἀσπίδα Διόν, ἀλίγχιον ἄγτυγι μάνις,

‘Ηθ’ ὑπὲρ αἰκεσνοῦ βαθύρρος αἰτέλης

‘Ημίζυρος πεπληθῆνα τῷ γνωμωθῆσι περγίν.

Di-

(ν) V. 4. p. 274.

(π) Dionys. XXXVII. p. 925.

(ξ) De cauf. Plant. XVI.

(ε) I. 146.

(ο) Aen. I. 49.

*Divinus etiam clypeum (Penthesilea) fustulit, Lanæ
orbi similem, quæ super altifluo Oceano exoritur,
sub cornibus incurvis ad dimidium sui plena. Hu-
juscemodi appetet in numo Commodi, in quo
Smyrna Amazon cum pelta, et bipenne (s)*



Arrianus in historia Alexandri (τ) ex aliorum te-
stimonio refert haec de Amazonidis ὅπ πελεκόηις
αὐτὸν δορέστων ἔκφορον καὶ αὐτὸν ασπίδων πέλτας quod secu-
res pro lanceis gestabant, et peltas pro clypeis.
Pelta etsi clypeus exiguus, picturis ornabatur.
Virgilius (υ)

Et pictis bellantur Amazones armis

Vasta scuta gestasse Gallos, quos bello vicit Gn. DE SCV-
Manlius, Livius (φ) enarrat nec aliter Diodorus TO GAL-
Siculus (χ) ὅπλοις δὲ χρῶν θυρεοῖς αὐθορυκέσσι armis LORVM
funt. ET LI-
(ε) Väll. p. 74. Lieb. in Goth. (υ) Aen. XI. 660. GV RVM
num. p. 373. (φ) Hist. XXXVIII. 21.
(τ) VII. 291. (χ) B. H. V. p. 243.

sunt illis scuta ad staturam hominis porrecta. Virgilius (ψ)

Scutis protecti corpora longis.

Ovidius quoque (ω) illis tribuit scutaque longa, uti et Strabo θυρέον μακρὺν (α) Ex quo existit illud Polybii (β) ἡ διαδικασία τῆς γαλατικῆς θύρεως τὸν αὐθεγαλλικένετον Gallicum vero scutum protegere virum non posse. Polybii sententiam sequitur Livius (γ) qui eum saepe latine vertit, *scuta, inquit, longa, ceterum ob amplitudinem corporum parum lata, et ea ipsa plana, male tegebant Gallos.* Clypeus Gallorum conspicitur in aversa parte numi (δ) C. Licinii Getae Consulis, qui victoriam retulit ex Gallia: ex qua dein Provincia Consularis facta.



Hujusmodi scutum in bello adhibuerunt Ligures, ut Diodorus memoriae tradidit (ε) σκέπαζον τὴν αὐτὴν πολιόρκησιν

(ψ) Aen. VIII. 662.

(α) Fast. VI. 136.

(β) Geogr. IV. p. 196.

(γ) Hist. II. p. 118.

(δ) Hist. XXXVIII. 21.


(ε) Vaill. tab. 83. famil. Liciniae.

(ζ) B. H. V. p. 218.

τοῦ θερέος εἰς τὸν Γαλατικὸν δεδημιουργημένος scuto enim oblongo ad modum Gallicum conformato, proteguntur.

Germanis scuta nec immensa tribuit Tacitus (ζ) quae hexagona fuisse ostendunt Tiberii, et Domitiani numi (η)

DE GER-
MANO-
RVM ET
BRITAN-
NORVM
SCVTO.



Scutum Germanorum, quum planum fuerit, non bene contegebat σώματα ἐπικίνη praegrandia corpora (θ) quae habebant, unde Caesar ingenti magnitudine corporum Germanos dixit: contra Romanorum scutum incurvum, et pectori adpressum, corpori adhaerebat, et circumfundebatur. Quo tempore Germanicus eos bello premebat, et armis, non galeam, ne scuta quidem nervo firmata, sed viminum nexus, sed tenues, et fucatas (ι) colore tabulas gerebant. Verum quamvis ab initio rudes belli, bello tamen dein operam dederunt, ut ex Roma-

(ζ) An. II. 14.

(η) Herodian. VI. 7.
(η) Bie tab. 4. et Begerus p. 640. (ι) Tacit. An. II. 14.

manis etiam victoriam referrent. Scuta autem Britannorum erant *parva*, ut indicat Tacitus (x) Herodianus (λ) vero *semv aarida angustum clypeum* illis assignat. Rotundam habuisse formam ostendit Antonini Pii numus (μ) qui *Britannos per Lal-*



lium Vrbicum legatum vicit, ut inquit Capitolinus.

DE CE-
TRA HIS-
PANO-
RVM.
Hispanis Cetra peculiaris fuit armatura, scutum leve lareum, quo, auctore Servio (ν) utabantur *A-fri*, et *Hispani* in notis ad illud Virgili, qui eam Oscis quoque assignat:

Laevas Cetra tegit.

Hinc Caesar (ξ) *cetratae*, inquit, *ulterioris Hispaniae cobortes*, uti et Lucanus natione Hispanus (ο)

Illic pugnaces commovit Iberia cetra.

Ea-

(x) In vit. Agricol. 36.

(ν) In Aen. VII. 732.

(λ) III. 14.

(ξ) I. de bel. Civil.

(μ) Beger. p. 665.

(ο) Phars. VII. 232.

Eadem ac pelta secundum Livium (π) *Pelta cetræ*
baud dissimilis est : et iterum (ϱ) *cetratos*, quos
Peltafas vocant : unde Curtius (s) *levibus*, inquit,
scutis cetræ speciem referentibus : eamque gestavit
Cajus imperator, ubi per pontem puteolis con-
structum Bajas quasi triumphans commeavit (τ)
Cetra visitur in numo familiae Pompejae, quam



forma rotundam manibus tenet (v) Hispania por-
rigens palmae ramum Pompejo, cum epigraphe
CN. MAGNVS. IMP.

Boeotorum clypeus figuram ellipticam, sive
ovalem tenet, utrinque tamen cum incisura, in
numo apud Haymum (ϕ) cum epigraphe **BΟΙΩΤΩΝ**: de his Hesiodus (χ)

Βοιωτὶς ὑπὲρ σακέων πενθόλες.

Boeo-

DE CLY-
PEIS
BOEO-
TORVM
MACE-
DONVM
THRA-
CVM
SARMA-
TVM ET
DACO-
RVM.

(π). Hist. XXXVIII. 5.

(v) Vaill. tab. 113. famil. Pomp.

(ϱ) Liv. XXXI. 36.

(ϕ) In Thes. Britan. p. 223. tom.


(s) III. 2. edit. L. Bat. 1724.

i. edit. Lond. 1719.

(τ) Sueton. 6.

(χ) In scut. Herod. 24.

*Boeoti super clypeos spirantes robur. Hujusmodi
clypeum ostendit numus Thebanorum (ψ)*



quos idem Hesiodus (ω) Φερεοῖς Κακέας Καδμίεις scuta-
tos Cadmeos appellavit. Tzetzes Scholiastes haec
ita explicat ἔχοντας μεγάλας ἀσπίδας magnos habentes
clypeos: idcirco Pindarus (α) χρύσασσιν Θήβην The-
ben clypeo insignem nominavit, ἀπὸ τῆς πόλεως ὄπλα,
ut adnotat Scholiastes. Ex quo etiam efficitur ur-
bem illam γενναῖς ἔχειν αὐτοῖς bellicosis viris inclares-
cere. Quo spectat illud Euripidis (β) de Thebe.

Πόλις ἀδίτη ἐπὶ αἰρόντοις
Ἐξακτὴ αρπήσιοι σεφανοί.

*Vrbs haec in summis stetit Martiis ornamentis.
Praeter Theben aliae quoque Boeotiae urbes eum-
dem clypeum in numis cudendum curarunt, uti
Plateae, et Orchomenus (γ).*

Li.

(ψ) Beger. p. 279.

(β) Phoen. 839.

(ω) In scut. Her. -3.

(γ) Haym. p. 226. et 228.

(α) Isthm. I. L.

Livius Macedonibus non scutum, sed clypeum tribuit: *arma*, inquit, *clypeus*, et *sarissae illis*; *Romano* (δ) *scutum majus corporis tegmentum*. Haud aliter Curtius de Macedonibus (ε) *aereum clypeum, bastam, quam sarissam vocant, et gladium habent*. Clypeus, quem gestabant, haud multo erat cavus, longitudinem habens VIII. palmarum, ut adnotat Aelianus (ζ) αὐτὸς μὲν ἐν ἑστίᾳ χαλκῇ Μακεδονικὴ λίαν κοίλη ὀχτωπάλαιος. Talem pariter agnoscit Leo imperator (η) Figura rotundus inspicitur in Neronis numo (θ) cum epigra-
phe KOINON ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ.



Varioque ornatu insignis in numo Heracleae urbis Macedoniae (ι) cum signis Lunae falcatae,

vel

(δ) Hist. IX. 19.

(η) C. 6.

(ε) IX. 7.

(θ) Patin. p. 120.

(ζ) C. II.

(ι) Beg. p. 54.

H 3



vel cum iconē Dianaē in ejus (*) medio: in nu-
mo autem B. A. regis *Alexandri*,



effigiem capit⁹ Medusae tenet clypeus Macedoni-
cus (λ) idque ad Palladem Macedonum Deam tu-
telarem refertur: unde Aelianus recte ηείση αποίδα
clypeum valde conspicuum denominavit, namque in-
erat in eo ars, et opificii exquisita ratio: sic etiam
constat Antiquos scuta pulcre, et affabre elaborata
val-

(*) Beg. p. 481.


(λ) Haym. tom. II. p. 16.

valde laudibus cumulasse: in Homero est (μ) σάκεος καλῆς, δαιδαλέης, πύκη ποιήσιο, vel σάκος πονταίοιο
scutum vario ornatu insigne, uti Hesiodus scutum
Herculis dixit, Nonnus (ν). quoque πολυδαιδαλος
αποίδα.

Thracum clypeum repreäsentat numus C. Scribonii Curionis forma hexagonum (ξ)



qui de Thracibus, et Dardaneis triumphavit, ut
in marmoribus Capitolinis. Sarmatum clypeum ro-
tundum cum epigraphe DE SARMATIS ex-
hibet M. Aurelii numus (\circ) a quo bello profili-



gati,

(μ) II. XIX. 380. XVIII. 607.

(ξ) Vaill. tab. 125. fainil. Scribon.

(ν) Dionys. XXVIII. p. 720.

(\circ) Bie tab. 29.

gati , ut Capitolinus (π) memorat : *triennio* , inquit , *bellum cum Marcommannis , Hermunduris , Sarmatis , Quadis etiam gessit*. Alii vero duo clypei hexagoni , qui in tropaeo sunt , ad Germanos pertinent , quoniam Aurelius pariter *contra Germanos res feliciter gessit* , ut (π) verbis utar ejusdem Capitolini : mos enim fuit in cudendis Imperatorum numis , aliarum gentium devictarum insignia etiam inserere . Dacorum denique clypeus oblongus et hexagonus visitur in Trajani numismate (ε) qui eos in servitutem redegit , cum epigraphe
DAC. CAP.



DE CLY-
PEIS
POENO-
RVM AE-
GYPTIO-
RVM HE-
BRAEO-
RVM ET
TYRIO-
RVM.

Poenis fuit etiam clypeus hexagonus (s) ut ostendit numus in honorem C. Catuli cufus , qui de Cossuriensibus , et Poenis triumphavit , uti habent marmora Capitolina : alter vero conspicitur in numo Titi Sempronii Gracchi , qui Hannonem Poenorum Ducem ingenti praelio superavit , ita ut

(π) Capitol. 27.
(ε) Beg. p. 647.

(s) Vaill. tab. 94. famil. Lutat.
et tab. 126. famil. Sempron.

ut vix duo millia ex octodecim millibus cum Poeno effugerint.



Aegyptii autem, ut animadvertisit Xenophon (τ) σὺν ἀστίσι ταῖς ποδήρεσι καὶ δόρῃ μεγάλοις clypeos ad pedes usque pertinentes, hastasque magnas gerebant. Herodotus (v) Aegyptiis, qui sub Xerse stipendia merebant, assignat ασπίδας κοίλας τὰς ἵτυς μεγάλας ἐχάστας concavos clypeos mdgnis umbonibus praeditos. Hinc evenire solebat, ut in praelio clypeis magnis constipatis summa vi aciem hostium invaderent ac primo impetu eos funderent, et fugarent teste Xenophonte (Φ) συγκλείσαντες τὰς ασπίδας ἐχώρην καὶ ὥθεν consertis igitur clypeis procedebant, et urgabant: quod confirmat pariter Heliodorus (χ) ubi de Aegyptiis loquitur καὶ τῷ συναπτομῷ τεξ̄ι τὴν πολέμιαν ἀντέχον, et facta testudine jam latiori sagittariis obstiterunt. Pondus enim ac vis ob clypearum

(τ) Cyrop. VI. p. 362.

(v) Hist. VII. p. 89.

(Φ) Cyrop. VII. p. 407.

(χ) Aethiop. p. 439. edit. Paris.

1619.

rum densitatem tam valida erat ac robusta , ut nihil quicquam reperiri poterat , quod a fronte ei resistere , aut impetum ejus sustinere valuerit , ut notat Polybius . (ψ) Hebraeorum clypeum com monstrat numus figura oblongum (ω) in cuius parte adversa legitur SOSIVS IMP. Hic est



ille Sosius , qui Antigonum Judaeorum regem , ultimum ex stirpe Asmonaeorum , bello perdonuit , teste Dione (α) quem simul cum Judaea heic videre licet manibus post terga revinctis sub tropaeo. Talis etiam clypeus oblongus inspiciatur in numo Vespasiani (β) qui Judaeos bello delevit.

Ty-

(ψ) Hist. XVII. p. 764.

(ω)

Vaill. tab. 132. famil. So-

fiae.

(α) Hist. XLIX. p. 405.

(β) Beg. p. 630.



Tyriis clypeus erat rotundus , ut indicat numus
Alexandri Severi (γ).



Gerron scutum quadratum fuit , quo utebantur
Scytha in bello , dura pelle coniectum , ut putat
Scholiares Luciani (δ) quem ex apographo Isaacii
Vossii edendum curavit Johannes Clericus. Et
quidem Getae Straboni dicti (ε) γέρραφόροι. Alii ve-
ro Gerra Persis vindicant , in quorum numero sunt
Pausanias (ζ) et Aelius Dionysius apud Eusta-
thium

DE GER-
RO SIVE
CLYPEO
SCYTHA-
RVM PER-
SARVM
MEDO.
RVM HIR-
CANORVM
ARME-
NIORVM
ET PAR-
THORVM.

(γ) Patin. p. 349.

(δ) Tom. II. p. 32.


(ε) Geogr. VII. p. 306.

(ζ) In Arcadic. p. 700.

thium (n) sententiam Herodoti (g) fortasse secuti, qui Persis, Medis, et Hircanis τὰ γέππα tribuit: nec aliter Plato, quum Lacedaemoniorum pugnam cum Persis ad Plataeas enarrat (i). Armeniorum quoque clypei tetragoni, quos repreäsentat Aurelii Veri numus apud Carolum Patinum (k)



Parthorum denique clypeos rotundam habuisse figuram, indicat Trajani numus, cum epigraphe **PARTHIA CAPTA.** (λ)



Cly-

(n) In Odys. p. 780.

(g) Hist. VII, p. 6.

(i) Lach. p. 191.

(k) P. 255.

(λ) Tristan. tom. I. p. 398.

DE VA-
RIO CLY-
PEORVM
VSV.

Clypeis non modo ad tegendum , custodiendum-
que corpus usi sunt veteres , verum ad alias vitae
quoque utilitates opportunitatesque , quae a natura
ad hominum usum paratae sunt , aptissimos judica-
runt : idcirco clypeus Aeschyllo (μ) dictus σώματος
περιέλημα , id est φυλακή , ut notat Scholiafestes : Hy-
briae Cretensi (ν) pariter περιέλημα χρωτὸς , Livio
(ξ) corporis tegmentum , Tacito (\circ) haerentia cor-
pori tegmina . Aavis quoque protectorem significat.
Aeschylus (π)

Οὐτος δὲ οὐδὲν αστίς εἰ μίκτος θεραπεύει

Ille enim nobis baud parvus clypeus confidentialiae .
Quod in Bibliis saepè numero occurrit (ς) מִנְלָךְ clypeus tuus , id est defensor ab hostium odio , et
violentia : Saul (ς) מֶנֶגֶרִים clypeus fortium di-
ctus : principes itidem מֶנֶגֶרִים (τ) clypei terrae :
Latinis Fabius Cunctator (υ) imperii scutum . Li-
vius (ϕ) autem scutum pro quovis praefidio usur-
pat , scuto , inquit , magis , quam gladio opus est
plebe adversus patricios .

Romani a sagittis , et hastis facta testudine , id
est clypeis constipatis , vel , ut ait Ammianus ,
clypearum densitate coniecti (χ) se defendebant ,
aut

(μ) Ad sept. cont. Thebas 545.

(ς) 2 Reg. I. 21.

(ν) Athen. deipn. XV. p. 696.

(τ) Psalm. XLVII. 10.

(ξ) Hist. IX. 19.

(υ) Flor. II. 6.

(\circ) An. II. 14.

(ϕ) Hist. III. 53.

(π) Agam. 1446.

(χ) Hist. XXIV. p. 302. edit.

(η) Genes. XVI. 1.

Gronov.

aut hostes oppugnabant. Testudo duobus peragebatur modis: in obsidionibus, quum muros ascenderent, clypea supra capita milites extollebant: sicque cratæ perpetua aedificiorum adversus sagittas, et missilia superne cadentia se operiebant, quae testudini injecta, imbris in modum, lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur, ut eam describit Livius (†) in Heracleæ obsidione. Modo haud dissimili Cointius Smyrnaeus hanc testudinis formam designavit (ω).

'Ασπίδας ἐτάναιτο, 'Βάλλοι δὲ ἐφύπερθε πόρηναι,
Θέντες ἐπ' αλλήλοις, μῆδοι δὲ ἀπαν ήμορχει ὄμηδοι.
Φαίνει καὶ μεγάροιο κατηρεφές ἔμμεναι ἕρχος
Πυκνὸν δὲ τὸν αἰγαλοῖο διέρχεται υγρὸν αἴντος
Ρυπὴ απειροτόνη, γέτε δὲ διὸς ασπελος ὄμβρος.

Scuta instruxere, et supra capita extulerunt inter se conserta, totaque series uno impetu cobraesit: dixeris sane id opacum esse domus tectum, ita densum, ut nec venti humidum flantis penetret vis ingens, nec e coelo cadens largus imber. Altera testudinis forma erat, quum densato agmine scuta opponerent milites, ut pes pede premeretur, armis tererentur arma: sic enim instructa Phalanx fuit Macedonica per Philippum Macedonum regem invictissimum, qui imitatus est τὸν τοιάδε ήρώας σιν-

(†) Hist. XLIV. 9.

(ω) XI. 360.

συναστομὸν, ut ait Diodorus (α) namque de hujus testudinis forma primus omnium meminit Homerus (β) Trojani belli scriptor, a quo ceu fonte perenni ars militaris ac interiores disciplinae ad Graecos emanarunt.

Φρυξαῖτες δέρι μάρῃ, σάκος σάκῃ πρεψελύμιω
 Ἀσπὶς ἀρ' ασπὶς ἔρειδε, κόρυς κόρυς, ἀνέρφε αὐτῷ.
 Ψάνον δὲ ταπέκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι
 Νεύστων. ὡς πυκνοὶ ἐφάσεισιν ἀλλήλοισιν.

Hosce versus Latine fecit Heobanus Hessus.

Sic densi, ut clypei clypeos, bastilibus bastas
 Concuterent, scutis baererent scuta, viro vir,
 Et galeae galeis, ipsi fulgentibus alta
 Cristati pennis capita.

Hanc Phalangem clypeis simul objectis instructam, magno aedificio persimilem adstruit idem poëta clarissimus in quo lapides arctius inter se connexi tempestatum impetus sustinent, ac coercent.

Ως δὲ ὅτε τεῖχον αὐτὴν ἀρσέρην πυκνοῖσι λύθοισι
 Δώμαλος ὑψηλοῖ βίας αὔμων ἀλεύσων.

Hinc objicere clypeum apud Virgilium (γ) est in hostem ire, ut Servius exponit, vel in clypeum ad surgere (δ)

Quan-

(α) B. H. XVI. 3.

c. 7.

(β) Il. XIII. 130. vide Polyb. (γ) Aen. XII. 377.
 XVII. p. 25. Aelian. in Tactic. (δ) Aen. XI. 284.

Quantus

In clypeum adsurget!

quotiens in hostem pergens erigit clypeum, ut idem Servius adnotat. Nonnus dixit (ε) καφίζειν vel αἴρειν ασπίδα: Idque ex Homero desumptum ἀφέσθαι δὲ ἔχειν ασπίδα (ζ). Quod loquendi genus imitatur Claudianus (η) scutum porrigerere in hostem. Euripides dixit πάρεις ασπίδα (θ)

Πολλὰ μὲν πάρεις ασπίδα
Μοχθήματα ἐξέπληκτα.

Multos quidem ad clypeum labores exceperisti: hoc est ταῦτα πολέμου in pugna, in conflictu adversus hostes, ut alibi exponit Scholiares (ι) in Proverbium abiit apud Arabes قلب له ظهر المحببي obvertit ei dorsum clypei, id est contumacissimum fessit adversarium, quo utitur Abulpharagius (κ) atque sic explicandus Jobi locus (λ) cucurrit adversus eum נבי מגנינו cum densitate dorsorum clypearum ejus, ut ostendit Vir Clarissimus Albertus Schultens.

Scutis etiam mos fuit adversus pluviam se defendere: unde Caesariani milites (μ) adversus imbreem,

(ε) Dionys. XXV. p. 650. XXVII.

p. 708.

(ζ) Il. XIII. 157.

(η) In Rufin. 266.

(θ) Helen. 740.

(ι) In Phoen. 1007.

(κ) Hist. dynastiar. p. 395. Oxon.

an. 1663.

(λ) C. XV. 26.

(μ) Hirtius de bel. Afric. 47.

brem, grandinemque scutis capita obtiegebant. Cae-
sar ipse contra imbrues per totam noctem ruentes
stetit sub scuto Gallico (ν) militibus id sustinenti-
bus. Lacaenae clypeos pro cunis adhibebant, in
quibus infantes deponebant; illisque fortitudinis id
auspicium erat: itaque Herculem (ξ) χαλκειαν κα-
τέθηκεν ἐπ' ασπίδα posuit super scutum aereum Alc-
mena, qui postea fortitudine cunctos superavit.
Hercules visitur in numo apud Begerum (ο) qui
stans super clypeum Draconem jugulat, quam
praesentat Theocritus (π) suis carminibus.

Δρεζάμενος Φάρυλος, τόθι Φάρμακα λυγρῷ πέτυχε,
Οὐλομένοις ὑφίεσθαι.

*Comprimens jugulum, ubi mala venena sedem ba-
bent, pernicioſis serpentibus.* Quinimo Lacaenae in
clypeo pariebant. Nonnus (ρ)

Λακωνίδες οἵα γυναικες
Τεας ὠδίνεσθαι ἐπ' εὐκύκλῳο Βοεῖν.

*Laconicae ut mulieres pariunt filios super bene or-
biculato clypeo: acclamantes ἡ τὰς ἡ ἐπὶ τὰς (ασπίδα)
cum hoc aut in hoc (clypeo) scilicet, aut vivus
e bello rediret cum clypeo, aut super clypeo mor-
tuus*

(ν) Appian. de bel. Civil. p. 738. (ο) P. 283.
edit. Amst. 1670.

(ξ) Theocrit. Idyl. XXIV. 4. (π) Dionys. XLI. p. 1063.

tuus efferretur. Idemque filiis in bellum euntibus dicere solebant. Ausonius (s)

*Mater Lacaena clypeo obarmans filium,
Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.*

Quod dictum a Plutarcho (τ) desumpsit Ausonius: hinc memoria dignum factum illud matris Lacaenae, quae filium e bello fugientem, armis amis- sis, interfecit: de quo extat vetus, et elegans e- pigramma (v)

'Ερρε κακὸν Φίτυμα ἀλφὶ σκότῳ, ἐπὶ αὐτῷ μῆσος.
· Εύρωτας δειλαῖς μηδὲ ἐλάφοις ρέοι.
· Αχρεῖον σκυλάκευμα, κακῷ μέρει, ἔρρε ποθ' ἄδαν
· Ερρε. τὸ μὴ Σπάρτας ἀξιον γελ ἔτεκον.

*I pessum proles mala nunc, tenebrasque petitum:
Eurotas cervis ne fluat ut timidis.
I catule, i mala fors pessum, manesque petitum:
Indigno spartae sit male: non peperi.*

Epigramma istud imitatus est illustris poëta Ericius in Anthologia (ϕ) Spartani ejecerunt Archilochum magni nominis poëtam, quod in carmine, quasi re bene gesta, ipse gloriaretur, clypeo abjecto, mortem evitasse: duos priores versus servavit Strabo (χ) eosdem fere dimidiatos jam dudum me- mo-

(s) Epist. 24.

(ϕ) V. p. 415. edit. Lubini.

(τ) Lacon. Apophth. p. 241.

(χ) Geogr. XII. p. 549.

(v) Plut. p. 241.

moraverat Aristophanes (ψ) reliquos salvos retinuit Plutarchus (ω) quos simul conjunxit ac copulavit Kuhnus vir doctissimus ac in Latinum e Graeco idiomate convertit.

'Ασπίδι μὲν Σαιών τὸς ἀγούλλερον, ἦν τοῦτο θάμνον

'Εντούτοις αὐτοῖς καὶ λόγοις ὡς ἐθελῶν.

Ψυχὴν δὲ ἐξεσάωσα Φυγὼν, ἀλλ' ασπίς ἐκέινη

Ἐρρέτω, τὸς αὐτῆς κλίσιμον εἰς κακίων.

*Saeus ovat clypeo, qui post fruteta relictus
Excidit invita, Marte premente, manu,
Dum fugiens animam servo: sed o iste valeto!
Non minor amisco mox mibi erit clypeus.*

Inclaruit Archilochus Olympiade XXIII. ut Tatianus censet, Eusebius vero Olympiade XXIX. A. M. MMCCCLXXXVI. Pytheas Demosthenem carpsit, quod in praelio clypeum abjecerit ac infugam (α) se conjecterit. Hic est ille Pytheas orator Atheniensis, qui ejusdem aevo vixit ac lucernam (β) olere Demosthenis enthymemata ajebat. Cleonymum quoque Aristophanes (δ) fugilavit acriter, quod ἀπέβαλε τὴν ασπίδα clypeum abiecit: etenim, ut ille inquit,

Δεινόγυε πᾶς τοις αὐθρώποις δύτοβαλων ὄπλα.

Tur-

(ψ) Pac. 1296.

(θ) Plut. de reipubl. gerend. praec-

(ω) De Laco. instit. p. 239.

cept. p. 802.

(α) Plut. in vit. Demosth. p. 885. (δ) Vesp. 19.

Turpe est quum vir abjicit arma. Apud Germanos pariter scutum reliquisse praecipuum flagitium (ε). Athenis lege cautum erat ne ad populum oraret qui arma reliquerit, nam, ut ait Aeschines (ζ) contra Timarchum, ei civitati, pro qua arma non sumpsit, cuique ob ignaviam opem ferre non potuit, quomodo consilium dare velit? gravior tamen poena fuit deinde praescripta, scilicet τὸν πίθασπιν θαύτῳ ζημισθεῖς capite plecti, qui clypeum abjecerit, ut narrat Sopater in Hermogenem. Arma pariter alienasse tam grave crimen apud Romanos, ut ea culpa desertioni exaequaretur: si alienavit, inquit Paulus in libro singulari de poenis militaribus, loricam, scutum, gladium, deserzori similis est miles. Modestinus quoque libro IV. de poenis, capitibus poenam comminiscitur: miles, qui in bello arma amisit, vel alienavit, capite punitur (γ) Graecis lege pariter vetitum erat arma oppignorare, ut refert Scholiares Aristophanis hinc verbis (ι) μὴ θεῖναι τὰ ὄπλα κρέχυε. Quo alludit Comicus, ubi Chremylus ad oppugnandam paupertatem hortatur Blepsidemum, qui eum ita compellat.

Oī.

(ε) Tacit. de morib. German. 7. (γ) L. 14. π. de re milit.

(ζ) P. 264. edi.. Wolfii Francof. (δ) L. 3. π. de re milit. 1604. (ι) In Plut. 450.

Οἰοῖσιν ὅπλοις ἡ διωάμει πεποιθότε;
Ποῖον δὲ καὶ θωρακα, πάν ασπίδα,
Οὐκ ἔτέχυρον πίθηκοι ή μιαρωλάτη;

Quibus obsecro

*Armis, aut qua nam fretus fortitudine Chremyle?
Nam quas loricas, quos clypeos haec sordida
Mulier non pridem aliis opposuit pignori?*

Clypeo vitam in tempestatibus, vel in trajiciendis fluminibus milites servabant: unde Julius Leondas haec ait de Myrtilo (*) quem sic alloquenter adducit.

Εὗ τὸν κινδύνον ἔφυγοι δύο Μύρτιλος ὁ πλω
Τὸν μὲν αρέσευτας, τὸν δὲ ἐπινησάμενος.
Ἄργεντος ὁτ' ἔδυτε νεώς τερέπτην. ασπίδα δὲ ἔσχοι
Σωθεὶς κεκρυμένη ὑδάτι καὶ πολέμω.

In uno clypeo pericula effugi duo Myrtillus, illud praelio superans, hoc autem enatans, Argestes, quum mersit navis carinam, clypeum babebam, quum servarer, exploratum in mari, et bello. Ammianus Marcellinus narrat bello, quod Julianus imperator movit adversus Germanos (λ) nonnullos clypeis vectos, praerupiasque undarum occursantium moles obliquis meatibus declinantes, ad ripas ulteriores pervenisse. Galli trajecerunt Sperchium amnem

(*) Anthol. I. p. 152.

(λ) Hist. XVI. 12.

nem (μ) Brenno duce super scuta patria, quae unusquisque pro rate adhibuit, jam prius edocti a majoribus suis. Milites itidem tranantes flumina, in clypeum vestimenta, aliaque conjiciebant, ut videre est in columna Trajani. Morem hunc militum designavit Nonnus Panopolita (ν)

Mήχελο δαυδαλένσ υπὲρ ασπίδος οἰδματα πέμνων.

Natabat vario super clypeo fluctus secans. Mortuos in bello super clypeos reponere in more possum: unde in Epigrammatis de Thrasýbulo narratur, quod septem vulneribus in praelio ab Argivis per-
fossus, super clypeo deferebatur (ξ)

*Τὰ Πιτάνια Θρησύβελος ἐπ' ασπίδος ἥλιθεν ἀπνει
Ἐωλὰ τρεῖς Αργείων τρεψύματα δεξάμενος.*

Virgilius de morte Pallantis (\circ)

*At socii multo gemitu, lacrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.*

Et iterum de Laufo (π)

*At Lausum socii exanimen super arma ferebant:
Id est supra scutum, ut Servius observat. Statius
quoque ingeniose hunc morem expressit (ϱ)*

De-

(μ) Paus. in Phocic. p. 847.

(\circ) Aen. X. 505.

(ν) Dionys. p. 603.

(π) Aen. X. 841.

(ξ) Anthol. III. p. 414.

(ϱ) Theb. X. 300.

*Dependet languida cervix
Exterior clypeo, crinesque a fronte supini.*

Nec unquam e mente excidit dictum illud Philippi poëtae clarissimi ασπὶς τύμβε κόσμος μέγας. Signum deditioñis erat, quum milites super capita clypeos extollerent, ut refert Appianus Alexandrinus (s) de Afranii militibus, qui ad Caesaris clementiam confugerunt: vel si scuta sub alis gestarent *defectionis signum erat apertissimum* ut notat Ammianus Marcellinus (τ). Milites Spartani ἐπὶ τῶν σπλαν-
καππανερθαῖ (υ) *in armis quietem capere solebant.* Institutum istud ante alios monstravit Homerus (φ) ubi de sociis Diomedis.

'Αμφὶ δὲ έταιροι
Εὐδον ἵππος κρεστὸν δὲ έχον ασπίδας.

Ut expediti magis essent, et vigilantes ingruentia nocturna pericula propulsarent. Qua de re Claudianus laudat Honorium Augustum (χ) qui labore assiduo assuetus,

Nec non in clypeo vigiles perducere noctes.

In clypeo, id est in armis: sic pariter dixit Euripides (ψ) σεργίων ήσυχον παρ' ασπίδας exercitum quietum

(s) De bel. Civil. p. 453.

(τ) Hist. XXVI. 10.

(υ) Xenoph. de republ. Spart. XII.

p. 90.

(φ) Il. XX. 151.

(χ) IV. conf. Honor. 540.

(ψ) In Rhei. 123.

tum juxta clypeos (hoc est arma) sinamus dormire: et iterum (ω) $\alpha\sigma\pi\delta\iota\delta\eta\nu\circ$ *clypeo alacer* (hoc est armis) Xenophon vero $\epsilon\pi\iota\tau\omega\circ\circ\pi\lambda\omega\omega$ dixit.

Solenne quoque fuit, ut Imperatores scuto impositos milites inaugurent, ut de Juliano tradidit Ammianus (α) qui *impositusque scuto pedestri, et sublatius eminens, nullo silente, Augustus renunciatus*. Id firmat Zosimus (β) $\epsilon\iota\mu\tau\omega\circ\alpha\sigma\pi\delta\iota\delta\eta\omega\circ\mu\epsilon\tau\omega\omega\omega$ *sublimem in scutum quoddam elatum* milites Imperatorem Augustum consalutarunt. Libanius (γ) in $\omega\varphi\sigma\phi\omega\eta\lambda\kappa\omega$ hunc clypeum laudibus extollit. Mos iste a Barbaris originem traxit, nam, ut ait Tacitus (δ) *Brennus impositus scuto more gentis, et sustinentium humeris vibratus, dux deligitur*. In clypeis descripta quoque foedera, iidemque in templis Deorum servati diligenter. In templo Iovis Fidii, ut narrat Dionysius Halicarnassensis (ϵ) clypeus ligneus extitit, ejus bovis corio tectus, qui Romanorum foedere cum Sabinis inito, fuit mactatus: idemque $\tau\omega\circ\gamma\omega\mu\epsilon\eta\omega\circ\alpha\mu\tau\omega\circ\circ\mu\omega\omega\eta\omega\circ\omega$ *foederis conditiones* literis antiquis scriptas continebat: quod accedit sub Tarquinio superbo. Neque heic reticere fas est clypeum in signum societatis habitum ab Hebraeis, quorum legati Romanis veterem

(ω) In Suppl. 902.

(γ) Tom. II. p. 180.

(α) Hist. XX. 4.

(δ) Hist. IV. 15.

(β) Hist. III. p. 153. edit. Oxon.

(ϵ) Hist. IV. p. 257.

rem benevolentiam, et amicitiam renovantes ασ-
τίδα χρυσὸν σύμβολον συμμαχίας ἀνέγκαν. (ζ) *clypeum aureum in signum societatis attulerunt.*

Aliquando exercituum ductores quadam ducti religione clypeum sacrum in praeliis praefere ferri curabant. Peucestas, ut Arrianus (η) enarrat, τὴν ἱερὰν αὐτιδα *sacrum clypeum*, quem Alexander ex aede Palladis Iliaca sumperat, jussu regis praeferebat, ut eum protegeret ac custodiret. Peucestas ὑπασπιστής erat, cuius munus exponit Euripides (θ)

ἢ παρ' αὐτιδα
Βενκας αἰὲν, πολεμών ἔργων βέλη.

*Cui ad clypeum adstas semper arcens tela hostium:
Protectors dicuntur in Codice Theodosiano (ι)
Clypei nominabantur sacri, postquam erant affixi
sacris in postibus, ubi spolia consecrabantur atte-
stante Servio (κ) qui censet inter sacratas res e-
tiam dona esse sicut in libris Sacrorum invenitur:
unde non immerito Tyrrhaeus in Collectaneis ἱερὰν
αὐτιδα *sacrum clypeum* Danai, vel, ut alii volunt,
Euhippi, appellat in aede Junonis Argivae posi-
tum. Livius (λ) *sacra arma*, et Valerius (μ)*

spō-

(ζ) Joseph. Ant. Jud. XIV. 8. (ι) L. IX. Cod. de dom. et protect.
p. 698. edit. Amst. 1726. (κ) In Aen. VII. 183.

(η) VI. p. 224.

(θ) Phœn. 1080.

(λ) Hist. I. 24.

(μ) VII. 6.

spolia affixa templis Deorum numini consecrata. Sed haec ∞ παρόδω. Nunc ad propositum redeat oratio.

Priusquam praelium committeretur, milites hastis vel gladiis clypeos percutiebant, ut mos invalidit. Id *ad scutum concrepere* dixit Livius (,) imitatus fortasse Polybium (ξ) ubi de Romanis agit, qui more patrio clamorem tollere consueti atque ad scuta concrepere. Nonnus (ο) id fuisse pugnae signum contendit.

Καὶ πολέμῳ περάγγελα σήματα Φαίνω
Ασπίδα ποικιλόνων αὐθαίδε τύφε μαχαίρη.

Et belli praenuncia signa monstrans, scutum varium dorsum babens immitti pulsavit gladio. Hunc motem Diodorus (π) ab Aegyptiis deductum asserit, apud quos irae signum ac pugnae fuit. κορτοῖς αὐθαίδας πετάσσειν hastis clypeos pulsare. Plausum insuper militarem denotabat: quum enim Julianus Parisiis praemia viris fortibus fuisset (ε) pollicitus, inferior miles hastis feriendo clypeos, sonitu assurgens, uno propemodum ore, dictis favebat, et coep-
tis.

Appius Claudius clypeos in aede Bellonae primus suorum collocavit (σ) ut in excelsa spectari, et tituli honorum possent legi, cuius exemplum se-

DE CLY-
PEIS QVI
IMAGI-
NES RE-
PRAE-
SENTA-
BANT.

(σ) Hist. XXXVIII. 20.

(ξ) Hist. XV. 12.

(ε) Dionys. XXI. p. 568.

(π) B. H. I. p. 43.

(ε) Am. Marc. Hist. I. 20. 5. p.

189.

(ε) Plin. XXXV. 3.

secutus M. Aemilius, non modo in Basilica Aemilia, sed et domi suae eos poni statuit. In clypeis imagines erant sculptae, et caelatae: unde clypei ἀπὸ τῆς γλύφειν αὐτῷ sculpendo denominati. Rotundi erant ex aere, auro, aut argento instar militarium, hoc est scutis, qualibus apud Trojam pugnatum est, continebantur imagines, ut inquit Plinius. Homero dicuntur ασπίδες εὐκυκλοὶ clypei circulares, in quibus de more pingi vel sculpi solebat, uti clypei Minervae; Agamemnonis, et Achillis in bello Trojano. Qui enim imagines repreäsentabant, non viris modo in bello clarissimis, verum et togatis in pace ponebantur: hinc imago Africani in Capitolio, et Catonis Censoris in Curia (r) ac Hortensi quoque (v) in Curia inter Oratores collocata: eundem honorem praestitit Tiberius (φ) Germanico, clypeum nempe auro et magnitudine insignem inter auctores eloquentiae. Augusto Senatus Populusque Romanus votis rite persolutis clypeos posuerunt, qui duobus in numis heic inspiciuntur (χ).

Ti-


(r) Val. Maxim. VIII. 5.

(v) Tacit. II, An. 37.


(φ) An. II. 83.

(χ) Bie tab. II. edit. Amst. 1738.

L 2



Tiberio item Senatus duo scuta in Capitolio stant, quae in numis, quos exhibit Carolus Patinus (ψ) inscripta sunt Clementiae, et Moderationi



cum earum effigie ac in utrisque S. C. Tiberii clementiam praedicat Dio (ω) moderationem vero Suetonius (α) collaudat, quamvis deinde in vitia deflexit. Cajo pariter clypeum aureum decrevit Senatus (β) ut quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu prosequente, nobilibus pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum

(ψ) P. 65.

(ω) Hist. LVII. p. 608.

(α) In vit. Tiber. 75.

(β) Sueton. 15.

tum ejus canentibus. Vbi Vespaſianum praetereo? cui Senatus aureum clypeum dedicavit post bellum Britanicum, et Judaicum, ut opinor uti ex numo



apud Clarissum Liebium (γ) in quo corona viftur, cujus in medio extat clypeus cum epigraphe AVG. Auguſto, non vero Auguri, ut putavit Harduin. Imperatoribus quippe clypei aurei, et coronae ſimul poni solebant teſte Philone in Legatione ad Cajum σιωπῶ τὰς συμπροθέſcas τῶν αὐτοχρεοτόρων πηδᾶς ασπίδῶν καὶ σφάλμων ἐπηρύζων taceo deletos eodem incendio honores Imperatorum clypeos, et coronas auratas. Idem legitur in Panegyrico in laudem Constantini Constantii filii (δ) cui Senatus, et paulo post Italia ſcutum, et coronam cuncta aurea dedicarunt. Nec omittendus clypeus magnificientifimus, quem Adriano posuit Antoninus Pius (ϵ) vel clypeus aureus, qui Senatus totius judicio fuit in Romana Curia collocatus Claudio Gothicō (ζ) anno Christi CCLXXI. ut habet Eusebius in Chro-

(γ) Goth. numer. p. 250.
(δ) C. 25.

(ϵ) Capitolin. in vit. Antonini Pi.

(ζ) Trebell. in vit. Claud. c. 3.

Chronicis , quoniam Gothos Illyricum , et Mace-
doniam devastantes bello repressit. Clypeus iste
habuit *expressam thoraca vultus ejus* , hoc est *ima-
ginem vultus*. Ex quo colligitur hujusmodi clypeis
expressas fuisse imperatorum imagines pectore te-
nus , atque ob id *Thoracas* , vel *Thoracidas* post
multa secula , et aetates multas fuisse denominatas.
Vultus etiam dixerunt , uti Capitolinus in vita Ma-
ximi , et Balbini (η) vel *sacros vultus* in Codice
Justinianeo (θ) Ex iis , quae haec tenus pertractavi-
mus , lux affertur Vlpiano (ι) ubi de pictore lo-
quitur , qui in *Pergula* (hoc est in parte domus
exporrecta , et propendenti , in qua Apelles , ut
inquit Plinius (κ) perfecta opera proponebat trans-
euntibus) *clypeum* , vel *tabulam expositam* habuit ,
quoniam clypeum cum imagine denotare voluit
celeberrimus Jurisconsultus : hinc Macrobius (λ)
clypearum imaginem appellavit ac in marmoribus
clupea cum imaginibus dicuntur (μ)

.... EROS GERMANICI L
LOLLIANVS. D. D
CLVPEA CVM IMAGINIBVS

Supplendum autem Phileros vel Syneros , ut recte
putavit clarissimus Gudius. Στηθάεια quoque sunt
ima-

(η) C. 17.

(κ) H. N. XXXV. 10.

(θ) L. I. Cod. public. laet. nunc.

(λ) I. Saturn. 3.

(ι) L. I. s. de his , qui effud.

(μ) Gud. LXV. 10.

imagines ad pectus usque depictae , quae Honorio, Theodosio , et Justino imperatoribus fuerunt positaे , quarum mentio in Chronico Alexandrino (v) Silentarius poëta Graecus , qui sub Justiniano flouruit , δίσκος nominavit (ξ) Hesychius autem θεόμας.

Verum non imperatoribus modo aliisque viris clarissimis , sed et privatis , ut ponerentur clypei , consuetudo invaluit. Decuriones patronis Municipiorum clypea cum imaginibus dedicarunt , uti ex marmore apud Gruterum (o) compertum , M. Boebio patrono Municipii posito.

HVIC. DECVRIONES. FVNVS. STATVAM
EQVESTREM. CLYPEVM. ARGENTEVVM. LOCVM. SEPVL
DECREVERVNT. ET. VRBANI. STATVAM. PEDESTREM

Feminarum quoque effigies in clypeis depictas ac in templis fuisse collocatas ostendit Lapis inscriptus anno XX. imperii Antonini Pii ac V. C. XMX. Barbaro , et Regulo Consulibus , quem nuper vulgavit Vir Celeberrimus ac Doctissimus Scipio Maf- fejus (*)

QVOD. PERMISERVNT. IN. CLVPEO. QVOD. EI. POSVERVNT. . .

TEMPLVM. NOVM. PINGERE. EFFIGIEM. MA. . .

SEVERINAE. VIRGINIS. ALBANAE. MA. . .

RIS. SVAE. POST. EXCESSVM. VITAE. EIVS.

Epu-

(v) P. 246. edit. Venetae. (*) Mus. Veron. p. 268. Veron.

(ξ) Ecphr. templ. S. Sophiae 275. 1749.

(o) CCCLXXIV. I.

Epulum , ut in dedicatione statuae , et clypei , ci-
vibus publice daretur , tenuit etiam consuetudo (π)

NESTORI
AVG. NEPETE
HIC. LVDOS. FECIT
ET. DEDICATIONE
STATVAE. PATRONI
QVAM. IPSE. POSVIT
ET. CLYPEI. SVI. ITEM
MVNICIPIBVS. NEPESINIS
EPVLVM. DEDIT

Facutas decernendi statuas eousque in abusum a-
biit , ut clientes patronis etiam dedicandas cura-
rint , quoniam *bonos clientum instituit sic colere pa-
tronos* , ut Plinius adnotavit (ε) Haec facultas post
exactos reges , Romae fuit penes Populum et Se-
natum : unde sublatae omnes , quae circa forum
positae his , qui magistratu erant defuncti *M. Ae-
milio et C. Popilio Consulibus* (id est anno V. C.
DXCII.) *praeter eas , quae Populi , aut Senatus
sententia statutae essent.* Accessit deinde Constitu-
tio Claudi (ς) imperatoris μηδενὶ ιδιωτῇ ἐστὸν μὴ οὐ
βελὴ ἐπιτρέψῃ τῷ τοιοῦτον ἔξεινον ne quis privatus sine per-
missu Senatus hoc ageret.

In festis Junonis Argivae Solennis Agon quin-
quennalis agebatur de evellendo Danai , vel Eu-
hippi

DE CLY-
PEORVM
VSV IN
CERTA-
MINIBVS
LVDI-
CRIS ET
POMPIS.

(π) CCCXL. 7.
(ε) H. N. XXXIV. 4.

(ς) Dio hist. LX. p. 681.

hippi Argivorum itidem regis clypeo aereo , qui victori dabatur: unde Ἀγὼν χαλκεῖος Pindaro (τ) dictus. Clypeus clavis valde affixus in loco quodam urbis difficult ac pene inaccesso erat positus supra theatrum ἀπὸ αἰσθῆτος a clypeo denominato , quem Cleomenes admoto (υ) exercitu occupavit , ut Argos obsideret , ubi τὴν αἰσθῆτα clypeum extitisse veteres dixerē καθηλεμένη ὄχυροι καὶ δυσκαδάπελοι clavis fixum , validum , et sublatu difficilem apud Tyrrhaeum in Collectaneis. Qui clypeum evelleret , maximam gloriam , laudemque adipisceretur , uti testantur Proverbia Graeca ὡς τὴν τὸν Ἀργεῖον αἰσθῆτα καθελῶν σεμνύνει tanquam clypeum in Argis tollens gloriatur : vel ἄξιος εἴ της τὸν Ἀργεῖον αἰσθῆτος dignus es clypeo in Argis (Φ) quod dictum de viris fortibus , et generosis non vero de his , qui advenas hospitio lubentissime excipiebant , ut deliravit Zenobius. Testantur etiam encomia Pindari poëtae praestantissimi , qui ne horum ludorum solennitati tenebras offundere posset vetustas , suis carminibus

In tam tranquillo , et tam clara luce locavit.

Quamobrem Diagoram Rhodium victorem in Argis laudibus cumulat (χ)

"Or"

(τ) Nem. Od. X. 4r.

(Φ) Zenob. cent. VI. 42. II. 3.

(υ) Plut. in vit. Ag. et Cleom. p. (χ) Olym. VII. 152.

812.

M

"Οτ' εἰς Ἀργεῖον χαλκὸς εἴ-
Γνω μή.

Quodque datur in Argis aes (five clypeus aereus) novit eum. Laudibus quoque extollit Epharmostum (ψ) qui

"Ἀργεῖον τὸν ἔρεθε κύδες αὐ-
Δρῶν.

Inque Argis obtinuit gloriam virorum. Scholia stes indicat praemium, quod victoribus dabatur clypeus nempe aereus, et corona ex myrto. Festum istud imitati sunt Samii, qui Junoni templum construxerunt atque Ἡρῷα Sacra Junonis concelebrarunt (ω) in ea quippe erant sententia, ut fanum Junoni (α) Argonautas ipsos dedicasse putarent, illuc signo Deae ex Argis deducto ac templi antiquitatem ex ipso simulacro conjectarent, quod Smilis Aegineta Euclidis filius, Daedalo aetate aequalis, extruxerit: quumque festum Junonis ac sacra ab Argivis acceperint Samii, verosimile est etiam Agonem illum quinquennalem de evellendo clypeo egisse: quo plures Samiorum numos referendos duxit Andreas Morellus de re antiquaria bene meritus (β) ac prae-

(ψ) Olymp. IX. 132. (ω) Paus. in Achaic. p. 536.

(ω) Polyaen. Strat. I. 33. p. 482. (β) Beger. p. 716. et 737.
et VI. 45.

praecipue Alexandri Severi numisma cum epigraphie
CAMIΩΝ in quo visitur mulier armata , quae na-



vem ingreditur , clypeumque manu gestat. Sed ut revertar , unde discessi. Aeginetae , in quorum insulam Argivi coloniam (γ) deduxerunt , eodem modo ac in Argis in honorem Junonis ἐκατομβαια instituerunt ac similiter agonem de evellendo clypeo egerunt : quod agnoscit Pindarus laudans Aristomenem Aeginetam , qui (δ)

^{"H-}

εγε τ' αγῶνα ἐπιχώριον.

Junonisque certamen patrium superavit fortitudine. In colonias enim ejusdem numinis cultus , eademque sacra , ceremoniaeque deferebantur , quae in Metropolibus vigebant : hinc in Agrigento , quae urbs Rhodiorum fuit colonia , eodem (ϵ) nomine Jovi Atabyrio cultus peragebatur ac in Rhodo.

Qui-

(γ) Schol. Pindari Pyth. VIII. 29. (ϵ) Polyb. hist. XI. 21.

(δ) Pyth. VIII. 114.

Quinimo Dionysius Halicarnassensis (ζ) negat Tyrrenos esse Lydiorum colonos , quum nec eosdem Deos haberent , quos Lydii colunt.

Verum non modo in Pindari carminibus , ut dixi , sed in lapidibus eruditis mentio quoque fit de his , qui victores clypei in Argis fuerunt . Caius Antonius Septimius (η)

ΝΙΚΗΕΑΣ ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΝΕ ΑΣΠΙΔΑ.

Ex Argis viētor clypeum retulit , uti in mārmori- bus Arondellianis , et in marmore Farnesio (θ) Hermodorus vicit

ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΗΡΑΣ

clypeum Junonis. In festis autem Palladis clypeus in Minervae Perspicacis fano Argis erēcto una cum Deae simulacro , ab Argivis virginibus solenni pompa in fluvium Inachum ad pulvērem detergendū deferebatur : quae omnia in hymno Callimachi copiose accurateque memorantur. Templum Minervae ὄχυρος perspicaci Diomedes dedicavit (ι) in quo ejus clypeus extabat , quoniam ab illius ad filium oculis caliginem avertisset , ut narrat (κ) Homerus. Caji itidem imperatoris clypeus , quem ei Senatus dicavit , a Collegiis sacerdotum (λ) quotannis certo die in Capitolium ferebatur , ut

(ζ) Antiq. I. p. 23.

(η) Ap. Selden. p. 1465.

(θ) Grut. CCCXXIV. I.

(ι) Paus. in Corinth. p. 165.

(κ) Hom. Il. V. 127.

(λ) Sueton. 16.

ut paulo ante diximus. In Panathenaeis apud Athenienses pompa solenni juvenes armati clypeo, et hasta procedere solebant, ut ait Thucidydes (μ) μετὰ δὲ αὐτῶν καὶ δώροις, εἰώθενται τὰς πρεπομπὰς ποιεῖν. Quo respexit Aristophanes (ν):

"Ως τέ μ' απάγγεσθαι ὅταν ορχεῖσθαι Παναθηναῖοι δέ αὐτές.

Adeo ut ego quidem sufficer, quando illos in Panathenaeis saltare oportet. Scholia stes ορχεύεται δὲ στροπλοῖς εἰς τοῖς Παναθηναῖοι οἱ παιδες in Panathenaeis enim saltabant in armis pueri. Hujus ορχήσεος στροπλίς Saltationis armatae (ξ) meminit Plato, atque ad tibiam, ut opinor, peractae, namque αὐλὸν Ἀθήνα reperit (\circ) Thraces quoque ad tibiam armati saltabant (π) περὶ αὐλὸν ορχίσαντες σωὶς τοῖς σπλοισ. Festa enim, et solennitas sacrae nunquam sine saltatione, et musica agebantur, cujusmodi etiam erant, quae in sacrificiis Dianaee, et Apollinis in Delo fieri solitae (\wp) vel quae a Lacedaemoniis celebratae (ς) in honorem pariter Apollinis. Hanc saltationem εἰρηνικὴν vocat Plato (τ) τὰς τε θεὰς καὶ τὰς τῶν θεῶν παιδες πυγῆισι dum Deos, Deorumque liberos honoramus.

In

(μ) Hist. VI. 58.

p. 321.

(ν) Nub. 984.

(ξ) Lucian. de Saltation. p. 792.

(\wp) VII. de legib. p. 796.

(ς) Athen. deipn. XV. p. 678.

(\circ) Bion Idyl. III. 7.

(τ) De legib. VII. p. 815.

(π) Xenoph. exped. Cyri VI. 3.

DE GRAE-
CORVM
DECVR-
SIONI-
BVS.

In Olympiis nec non in Pythiis , et Nemeis certaminibus viri *άσπιτι clypeis* armati decurrebant stadium μελέτης ἐνεκα ἐς πολεμηκό tanquam ad res bellicas *exercitatio apta* , et *idonea* , ut inquit Pausanias (υ) ad cursum enim assuefacti , majore cum vi in hostem procurrunt , loca opportuna celeriter occupant , ad explorandum acriter pergunt , et fugientium terga facilius comprehendunt (φ) Certamen istud ludicum in Olympiis primo introductum Olympiade LXV. in quibus τὰς δὲ δραμώντας ασπίτων ὄμοι (χ) qui cum clypeis decurrunt , eos vicit Demaratus Heraensis. In Pythiis deinde Pythiade XXII. ὅπλιτων δρομῶν (ψ) *armatorum cursum* receperunt : de quo lauream reportavit Timaeenus Philiasius , post V. Olympiadas , postquam vicerat Demaratus in iudicis Olympiis. Cursores , qui ασπιδοῦται cum clypeis strepentes Pindaro dicti (ω) in cursu victores Diis clypeos vovebant : unde Pausanias (α) in Jovis Olympii fano ασπίδας χαλκέας πέντε καὶ εἴκοσι clypeos aereos XXV. se vidisse testatur , cum quibus decurrebant , qui εἰς δρομῶν *in curriculum* cum clypeis soliti erant descendere. Aerea arma habuisse cursores confirmat Pindarus (β)

Χαλ-

(υ) In Eliac. p. 395.

(ω) Isthm. I. 31.

(φ) Veget. I. 7.

(α) Paus. in Eliac. p. 406.

(χ) Paus. ibidem.

(β) Olymp. IV. 34.

(ψ) In Phocic. p. 814.

Χαλκεοῖς δὲ ἢντες γίγνεται
Δρόμον.

Aereis enim armis vincens cursum: atque alibi colaudat Phriciam patrem Hippocleae Thessali, qui armato cursu vicit in Olympiis (γ)

Δἰς δὲ πολεμαδόχοις Ἀρεος ὄπλοις.

*Bis in bello idoneis Martis armis: οὐδὲ ὅπλά της, ut explicat Scholia festes. ἐπλιτοὶ erant pedites gravis armaturae, quos opponit Euripides in *Phoenissis* ἵστηται. Martem χάλκαστην aereum clypeum babentem vocat idem poëta sublimis (δ) Homerus etiam in hymnis χαλκοκορυθήν. Arma cursorum vocat Pindarus πολεμαδέκα, quoniam certatores isti ἐπλιτόδρομοι arma habebant, quae milites in bello: unde statua Demarati (ε) clypeum prae se ferebat, galea caput, crura ocreis erant armata. Decursio haec gravis armaturae peditum aevo, quo florebat (ζ) Pausanias, adhuc vigebat: floruit enim sub Marco Aurelio.*

Romani *campestres exercitationes equorum, vel armorum* itidem habuerunt (η) ut narrat Suetonius, ubi de Augusto, qui eas statim post *civilia bella omisit*. Omisit etiam (θ) Tiberius, Nero

DE RO-
MANO.
RVM DE.
CVRSIO-
NIBVS.

au-

(γ) Pyth. X. 22.

(ζ) In Laconie. p. 241.

(δ) Isthm. VII. 35.

(η) C. 83.

(ε) Paus. in Eliac. p. 475.

(θ) C. 13.

autem restituit, ut innotescit ex duobus numis (1) in primo duae figurae decurrentes visuntur cum titulo DECVRSIO ac in parte aversa clypeus, quo ab Equestris ordine donatus Nero, cum inscriptione EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENTVTIS. In altero vero duae pariter figurae, quarum una clypeum gestat cum eadem epigraphe DECVRSIO. Insignes isti numi



ex Suetonii loco (2) illustrantur, qui de Nerone haec habet: *indicta decursione Praetorianis scutum sua manu praetulit*: qui enim scutum praeferebat, certamen dirigebat. Galba quoque *campestrem decursionem scuto* (3) *moderatus*: moderari decursionem est militibus decurrentibus praetire, praemonstrareque omnes motus eosque scuto regere. Neronis decursio fuit equestris, namque *in modopiuas* (4) *cursu*, et certaminibus equorum valde delecta-

(1) Beger. p. 624. et 625.

(2) In vit. Neron. c. 7.

(3) C. 6.

(4) Dio LXI. p. 692.

lectabatur : Galbae vero decursio fuit pedestris. Princeps juventutis dictus Imperatoris filius futuri imperii nomine , tituloque , quem Augustus in Cajo , et Lucio Caesaribus (,) primus instituit , uti in marmore Ancyranō , de quo supra mentio facta , et in numo (ξ) C. ET. L. CAESARES. AVG. F. COS. DE SIGN. PRINC. IVVENT. ac passim marmora , et numi Tiberio , Neroni atque aliis hunc titulum indiderunt.

Exercitationes Campestres sub Republica , et Imperatoribus insequentibus principem semper locum , auctoritatemque tenuerunt: unde Cicero (ο) *quid exercitationes legionum? quid cursus, clamor, quanti laboris est? ex hoc ille animus in praeliis paratus ad vulnera.* Exercitatio isti ostendebat gestus , motus , progressiones , recessiones , recursus varios , evolutiones in armis , et sub signis fatalities : quae Lucretio dicuntur (π) *belli simulacra* Virgilio (ε) *pugnae simulacra sub armis* , Manilio (ς) *simulacra, et lusus in armis* Qui vero tyrones exercebat , *campidæctor* dictus in marmoribus (τ)

CAMPIDOC. COH. VII. PR.

Exercitatio a militibus exhibebatur sub praesentia Prae-

(ν) Tacit. An. I. 3.

(ξ) Bie p. 8.

(ο) II. Tusculan.

(π) De rer. nat. II. 40.

(ε) Aen. V. 585.

(ς) IV. p. 87. edit. Scalig.

(τ) Grut. DLXV. 5.

Praefecti legionis , Tribunorum , vel Principum , ut *experimentis ostendissent se omnia , quae erant in militari arte , complesse* (υ) quod prius Macer Jurisconsultus ante Vegetum ostenderat hisce verbis (Φ) officium Tribunorum est , vel eorum , qui exercitui praesunt , milites ad exercitationes producere . In Constitutionibus militaribus Augusti , et Adriani quas memorat Vegetius , cautum erat (χ) ut ter in mense educerentur extra Castra tam equites , quam pedites ad exercitationes , ita ut X millia passuum armati conficerent . Verum Maximinus imperator (ψ) quinta quoque die jubebat milites decurrere , simulacra belli agere . Publius autem Scipio ad Mumantium quotidiana exercitatione ad munus milites redegit , quum superiorum (ω) ducum sociorum exercitum corruptum invenisset . Neque solum gregarii milites , verum ipsimet Imperatores Trajanus , et Adrianus Augusti (α) hanc exercitationem peragebant . Addas heic licet Constantium (β) quem perdoctum Themistius praedicat οὐ τὰ καρδιά ὡς πλλῶ σιδήρῳ σκιοῦματα οὐ τὰς ἐπὶ τῶν ἵππων ἔξελιγματα cum leves in praegrandibus armis motiones , tum flexuosas in equis evolutiones .

Quid

(υ) Veget. I. 13.

(Φ) L. 12. π. de re milit.

(χ) I. 27.

(ψ) Capitol. in vit. Max. 6.

(ω) Frontin. IV. 1.

(α) Plin. in Paneg. 13. Spartan.

26.

(β) Orat. II. p. 13. edit. Parif.

1684.

Quid memorem Honorium : quem sic alloquitur
(γ) Claudianus :

*Quum vectaris equo , simulacraque Martia ludis ,
Quis molles sinuare sinus ; quis tendere contum
Acrior , aut subitos melior flexisse recursus ?*

In campo Martio coram eodem Honorio Augusto idem praeclarus poëta describit exercitationem pedestrem ac motus , progressiones , recessus ob oculos ponit (δ)

*Haec et belligeros exercuit area lusus ,
Armatos heic saepe choros certaque vagandi
Textas lege fugas , inconfusosque recursus ,
Et pulebras errorum artes , jucundaque Martis
Cernimus : insonuit cum verbere signa magister ,
Mutatos edunt pariter tot pectore motus ,
In latus allisis clypeis , aut rursus in altum
Vibratis : grave parma sonat , mucronis acuto
Murmur , et umbonum pulsu modulante resultans ,
Ferreus aeterno concentus clauditur ense .
Vna omnis submissa phalanx , tantaeque salutant
Te , princeps , galeae : partitis inde catervis
In varios docto discurritur ordine gyros .*

Scaliger (ε) et Barthius viri doctissimi multum sunt alucinati , dum in explicanda voce *areae* , aream Cir-

(γ) IV. Conf. 540.

(δ) VI. Conf. 627.

(ε) Not. ad Manil. p. 264.

Circi, non vero Campi Martii interpretantur in Claudiano : in hac enim urbis regione exercitationes militares collocat Dionysius Halicarnassensis (ζ) quum Campum Marti sacrum vocat *γέοις ασκέαι τὰς στρατίας μελέτας γυμνάσιον ἐπιληδέοντος juventuti in armis exercendae gymnasium aptissimum.* Libanius (η) εἰ τῷ πεδίῳ τῷ τὰς πλέμα δεχομένω μελέτας *in campo, qui belli exercitationes excipere solet.* Arrianus (θ) in *Tacticis* hasce exercitationes Celtae, et Hiberis tribuit atque ad Romanos postea fuisse deduētas contendit. Non negarim tamen Graecos valde illas excoluisse. Lycurgum enim filios Spartiarum (ι) ut septimum aetatis annum attigissent, distribuisse in classes ferunt, ac simul exercuisse, quo per dimicationes mutuas, et promiscuas contentiones, disceret cujusque ingenium, qui auderent, neque in certaminibus pugnam detractarent : quum vero expeditiones peragerent, iis mandabatur, ut exercitationibus pariter uterentur in Castris (κ) locumque exercitii, et cursus constituit intra id spatium, quoisque cohors ipsa pertineret, ne quis ab suis armis recederet longius : quod Romani sunt (λ) imitati. Quid memorem *επλάτων δρόμον; armatum cursum antiquissimis tempore*

ri-

(ζ) Antiq. V. p. 288.

(η) Legat. ad Julian. tom. II. p. 169. vide quoque Vegetum. I.

IO.

(θ) P. 74.

(ι) Plut. in vit. Lycurgi p. 50.

(κ) Xenoph. de republ. Laced. p. 90.

(λ) Tacit. An. II. 54.

ribus a Graecis institutum? quid *ιωπην παιδια;*
equestrem pugnam? quam (μ) Philopoemenes do-
cuit Achaeos ac Plato (ν) lege firmavit, dum ju-
dicem ac arbitrum illius ludicri certaminis magi-
strum equitum, vel tribunum statuit, suadetque
ον καλὸν ἐν τῷ νεῷ μαθῆν ἐν ἀπλοῖς honestum esse juve-
ni, ut *armis dimicare discat:* (ξ) Niciamque allo-
quentem adducit, multisque probantem: perutile
esse juvenibus arma exercitatione, et usu tractare,
cum ad comparandum corpori majus robur, ani-
mumque ardentiore efficiendum, tum ad hostem
adoriendum ac denique ejusmodi studio animum
praebeant, ut aciei instruendae rationem teneant
ac reliquas militaris imperatoriae partes addiscant.
Romani autem institutionem, peritiamque rei mi-
litaris a Lacedaemoniis acceperunt qui primi eam
tradiderunt, atque ad regulas redegerunt uti ad-
notat Vegetius, quam quum tuendam sibi decre-
vissent, constanter in ea (\circ) vel ipsis Lacedaemo-
niis permansere, qui ante alios (π) *πάτην ἄκραι*
πεχυταὶ σφίσαὶ τῶν πολεμικῶν rerum militarium omnium
peritissimi: quas animorum dotes ac virtutes quae
Laconibus inerant, Plutarchus collaudat atque e
Xenophonte (ϱ) exscripsit. Quinimo ipsi totum stu-

(μ) Plut. in vit. Philop. 360.

Veget. III. in prolog. et c. 10.

(ν) De Legib. VIII. p. 834.(π) Plut. in vit. Pelop. p. 289.(ξ) Lach. p. 179.(ϱ) Xenoph. de republ. Laced.(\circ) Athen. deipn. VI. p. 272. p. 93.

studium , viresque ad militiam adjiciebant , ut in-honestum haberetur (s) si aliis artibus operam na-varent. Quantum vero in praeliis ac disciplina mi-litari inclauerint Lacones , valde satisque probat Xantippi Lacedaemoniorum ducis exemplum , qui Carthaginensibus in Sicilia ferens auxilium Attilium Regulum captivum cepit , Romanumque exercitum saepe victorem , non virtute , sed arte (τ) bello prostravit : nec minus Annibal (υ) petiturus Ita-liam Lacedaemonium doctorem quaesivit armorum , cuius monitu tot Consules , tantasque legiones , infe-rior numero ac viribus interemit ; confecitque. Quamobrem verum ac exploratum est dictum illud Euripidis poëtae , et philosophi praestantissimi (φ)

Kαὶ μὴν τὸ νικᾶν ἐσὶ πᾶν εὐεολίᾳ.

Atqui tota victoria pendet a consilio.

DE TROJAE
DECVR-
SIONE.

Antequam hinc discedo , non omittam *Trojae de-curcionem* in equis (χ) quam ludis Circensibus (ψ) exhibebant pueri patricii turmatim decurrentes. Hanc primo instituit Aeneas in Sicilia ad filii As-canii Juli , et ceterorum puérorum exercitationem , quam deinceps jam pene obsoletam restituit Caesar. *Trojae ludum* (ω) magnifice ediderunt Tiberius , Ca-

(s) Nicolaus de morib. gentium (φ) Phoen. 728.

ap. Stob. in Sermon. p. 294. (χ) Sueton. in Cajo 18.

(τ) Epitom. Livii VIII. Appian. (ψ) Suet. in Neron. 7.

de bell. Punico p. 4.

(ω) In Caes. 3.

(υ) Veget. III. in prolog.

Cajus, et Nero principes juventutis, in quo simulatam pugnam committebant, quam prius designaverat Virgilius (α)

*Postquam omnem laeti consessum, oculosque suorum
Lustravere in equis, signum clamore paratis
Epitydes longe dedit, insonuitque flagello.
Olli discurrere pares, atque agmina terni
Diductis solvere choros, rursumque vocati
Convertere vias, infestaque tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Adversis spatiis, alternisque orbibus orbes
Impediunt, pugnaeque cinct simulacra sub armis;
Et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt
Infensi: facta pariter nunc pace fruuntur.*

Antiquissimis temporibus clypeos ac reliqua arma D E C L Y -
P E O R V M
D E D I C A -
T I O N I -
B V S.
Diis belligeris dedicare in more fuit, quos sibi propitios in bello habuissent: quo respexit Statius (β)

Belligeris haec dona Deis, haec tela dicavit.

Plato etiam hunc morem tangit (γ) ubi pro armis coronas potius ponendas censuit εἰς τὰ πλευράν
θεῶν ἵερα in templis Deorum militarium. Diis quoque militaribus vota persolvisse Legatos, Tribunosque ob redditum ac salutem imperatorum subqui-

(α) Aen. V. 577.

(γ) XII, de legib. p. 943.

(β) Sylv. V. 2. 147.

quibus militaverant , constat ex hac inscriptione
 (δ) Clodii Marcellini tribuni Legionis II. Augu-
 stae , Piae , Felicis Antoniniana pro salute , et
 reditu M. Aurelii ex bello , ut opinor , quod con-
 tra Marcomannos , et Guados confecit (ε)

DIS. MILITARIBVS
 ET. GENIO. LOCI. PRO
 SALVTE ET. REDITV
 IMP. CAES. M. AVR
 ANTONINL PII. IN
 VICTI. AVG.

Minervam in primis venerabantur , quam Anacreon
 dixit (ζ)

Πολεμόκλονον τ' Ἀθήνην

quaeve robur , et audaciam dabat bellatoribus : illa
 enim Diomedi δῶκε μένος καὶ θάρατος (η) quando cum
 Trojanis pugnavit. Ulisses Minervae ληπτὸι *prae-
 datrici* arma Dolonis (θ) vovit , uti et Croesus
 Lydorum rex χρυσὴν ασπίδα τῆς Ἀθήνης τῆς περγαίως *au-
 reum clypeum* Minervae Pronoeae posuit (ι) neque
 omittendus Pyrrhus Molossus (κ) qui clypeos a Ga-
 latis praelio reportatos Itonidi Minervae dedicavit.
 Atqui Alexander Philippi filius religione quadam
 tactus ob majorum suorum cultum erga Minervam ,
 ceteros anteivit , nam statim ac Ilium venit , tem-
 plum

(δ) Grut. MLXVIII. 2.

(θ) Il. X. 460.

(ι) Capitol. 27.

(ι) Paus. in Phocic. p. 817.

(ζ) Od. LIII.

(κ) Paus. in Phocic. p. 877.

(η) Il. V. 2.

plum ejus (λ) quam semper coluit, armis, quibus uti solebat, locupletavit, ut in expeditione adversus Persas, sibi propitia foret (templi (μ) Minervae Iliacae ob antiquitatem insignis meminit Homerus) ac post praelium cum Persis ad Granium Athenas CCC. armaturas Persicas misit, ut Minervae donarii (ν) loco suspenderentur.

Verum, quoniam Minervae, ut inquit Homerus in hymnis,

σὺν Ἀρπὶ μέλι πολεμία ἔργος
Περθόμενα τε πόλης, αὖτὶ τε πλούτου τε.

Cum Marte curae sunt bellica opera, dirutaeque urbes, clamorque, bellaque. Marti etiam arma hostilia victores poni curabant. Mars enim δέ τηρε καθάρας Geos ήγεns dator audacis vigoris, νίκης εὐπολέμου ποτήριος victoriae in bello felicis pater, atque ήνορέντις σκηνῶνχος fortitudinis sceptrifer in precibus, et hymnis, qui Homero tribuntur, invocabatur: quin etiam pro bello usurpavit poëta elegantissimus ξυνάγομεν Ἀρπα, quem imitatus est Ovidius quum dixit rigidi certamina Martis, hoc est belli. Apollini pariter arma hostium vovebant: unde Hector spondet Apollini (ξ) arma sui adversarii ad ejus templum suspensurum, si victoriam sibi deferret.

Τεῦ-

(λ) Arrian. I. p. 24. et p. 25.

(μ) Il. VI. 69.

(ν) Arrian. I. p. 36.

(ξ) Il. VII. 82.

Ο

Τεύχεα σύλαβας οἵσω ποτὶ Ἰηνού ἵπνῳ
Καὶ κρεμόων ποτὲ τῷον Ἀπόλλωνος ἐκάτοιο.

Arma detracta feram ad Illium Sacrum, et suspen-
dam ad templum Apollinis longe jaculantis. Herculi
quoque arma dedicari in more positum. Horatius (α)

Vejanus armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.

Clypeos Herculi dedicasse declarant duae inscriptio-
nes apud clarissimum Gudium, quarum prima (π)

HERCVLI. TRIVMPHAL. CLYP
L. CLAVDIVS. L. F. PALAT. SABINVS
TRIBVNVS. MILIT. LEG. XV. AVG

Altera vero haec est.

HERCVLI. COMITI. TRIVMP.
CONSERVATORI. INVICTO
CLYP. III.
L. CAECILIVS. C. F. PALATEINA METEL
LIANVS. OPTIO. LEG. XIII. AVG

Jovi Feretrio Romulus arma Sabinorum regi de-
tracta dedicavit (ε) Quintus Marcius clypeum Ad-
strubalis argenteum pondo centum triginta octo Jo-
vi Capitolino (σ) Eidemque Aediles scuta inaurata
XII. facta e pecunia multaticia, (τ) Cydias Jovi
Li-

(ε) Epist. I. 4.

(σ) Plin. H. N. XXXV. 3.

(π) XXXIV. 4. et 5.

(τ) Liv. XXXV. 10 et 41.

(ε) Liv. hist. I. 10.

Liberatori clypeum (ν) et Mummius XXI. Jovi Olympio (ϕ) poni curaverunt. Adde etiam Jovem militarem ex lapide erudito apud eundem Gudium (χ)

ΘΕΩΙ ΣΤΡΑΤΕΙΩΙ
Δ. ΑΤΡΗΛΙΟΣ ΕΜΜΟΖΥΚΟΣ
ΑΠΕΛΕΤΘΕΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ ΑΝΕΘΗΚ.

Juppiter enim rei bellicae , et victoriae in praelio praesidebat , $\epsilon\tau\mu\alpha\chi\alpha\sigma\tau\rho\pi\alpha\sigma$ (ψ) dictus.

Clypei , ut inquit Aeschylus (ω) $\epsilon\tau\alpha\gamma\nu\alpha\sigma\delta\delta\mu\mu\sigma$ QV O IN
in venerandis domibus locati , hoc est $\omega\varphi\tau\tau\alpha\eta\eta\eta$ LOCO
ut habet Scholia *in templorum parte anteriore* : CLYPEI
Euripides (α) $\dot{\nu}\psi\eta\lambda\eta\eta\eta\epsilon\pi\eta\eta\eta$. Clypeus Pyrrhi in SVSPEN-
templo Cereris (β) $\dot{\nu}\pi\epsilon\pi\eta\eta\eta\eta\eta\eta$ *in supero forum*
limine. Clypeum Adstrubalis Q. Marcius posuit (γ)
in fastigio Jovis aedis : fastigium *summae partes ae-*
dificiorum dicuntur Servio. Poëtae Latini *sacris in*
postibus aut in foribus sacris arma collocari de more
affirmant. Virgilius (δ) SI.

Mul-

(ν) Pauf. in Phoc. p. 849.

(α) Electr. 6.

(ϕ) Pauf. in Eliac. p. 399.

(β) Pauf. in Corinth. p. 159.

(χ) XI. 8.

(γ) Liv. XXXIV. 5.

(ψ) Aristid. Orat. I. p. 8.

(δ) Aen. VII. 183.

(ω) Ad sept. cont. Theb. 284.

*Multaque praeterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvaeque secures,
Et cristae capitum, et portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.*

Neque praetereo Silium Italicum, qui Virgilium
sic est imitatus (ε)

*In foribus sacris, primoque in limine templi
Captivi currus, belli decus, armaque raptæ
Bellantum ducibus, sacraeque in Marte secures,
Perfoffi clypei, et servantia tela cruorem,
Claustraque portarum pendent.*

Pausanias quoque refert (ζ) ὑπὲρ τῶν θυρῶν in summo
forum limine, sive in exteriore templi Jovis Olympi
parte ad zonam, quae supra columnas aedem
incipit XXI. clypeos inauratos Mumnum posuisse,
confecto bello Achaico, et capta Corintho ac
pulsis extra suos fines Corinthiis, qui Dorici nomi-
nis erant. Aliquando & scā in porticu templi sus-
pensi clypei, ut de Cydiae clypeo tradidit idem
Pausanias (η) Templa enim magnificis, amplisque
porticibus erant ornata, quae in numis Graece
inscriptis nitide visuntur ac praesertim in his, qui
maximi sunt moduli. Quem morem Romani pari-
rer tenuere: unde Livius (θ) vetera, inquit, bo-
stium

(ε) I. 617.

(ζ) In Corinth. p. 159.

(η) In Phoc. p. 849.

(θ) Hist. XXII 57.

stium spolia detrabunt templis, porticibusque, ut se tutarentur adversus Carthaginienses post prosperam Hannibalis victoriam ad Cannas. Πογὶ κλονας ad columnas scuta Macedonica a Pyrrho rege suspensa (ι) in Jovis Dodonaei templo. In arcubus etiam, ut Lucanus enarrat (κ)

*Super alta Deorum
Culmina, et extructos spoliis hostilibus arcus.
Laribus pariter domesticis arma fixa.* Ovidius (λ)

*Miles, ut emeritis non est satis utilis armis,
Ponit ad antiquos, quae tulit arma, lares:*

*Qui vero non erant emeriti, clypeos laribus sus-
pensos in bellum ituri denuo arripiebant.* Luca-
nus (μ)

*Stratisque excita juventus
Deripiunt sacris adfixa penatibus arma,
Quae pax longa dabat: nuda jam crate florentes
Invadunt clypeos.*

*עוֹנוֹ טָן וְנָהָה (ו) מִלְחָמָה
וְגַשׁ וְפָרָאֵת præparate scutum, et clypeum, et pro-
cedite ad bellum. Non satis laudandi Athenienses,
qui clypeos sine ansis in templis tempore pacis sus-*

(ι) Paed. in Attic. p. 31.

(κ) Phars. I. 240.

(λ) Phars. VIII. 818.

(μ) XLVI. 3.

(ν) Trist. IV. et VIII. 21.

pendi in more habuerunt, ut innuit Aristophanes
(ξ) in *Equitibus*.

Oὐ δὴ σ' ἐχρῆν, ἐπεὶ Φιλᾶς τὸν δῆμον, τὰς ταργεινας.
Ταύτας (id est ασπίδας) ἔαν αὐτοῖσιν πόρπαζεν αὐτεθῆναι.
Neque enim oportebat, siquidem amas populum,
scuta cum ipsis anfis ex composite in templis sus-
pendi: namque consuetudine, ut inquit Scholia-
stes, inter Athenienses erat introductum, ut clypei
ab hostibus reportati, τοὺς ἐχάρων sine anfis in tem-
plis suspenderentur, ne populum adgredientes, cly-
peis, prompte uterentur. Qui vero in templis cly-
peum ponī vellent, certam ratamque pecuniam ar-
cae Pontificum persolvebant, per quos templorum
dedicatio fieri solita ceremoniis juxta eorum ritum
conceptis, quas libro IV. historiae describit Tacit-
tus, quum de Capitolii restauratione agit. Quod
perspicue ostendit marmor Romae repertum in octa-
va regione Fori Romani prope Trajani forum; ac
Spoletum deinde deductum (ο)

FORTVNAE REDVCI

..... RVFVS. COL. DISP. SVMMAR.....
TEMPLVM. OMNI. CVLTV. EXORNAVIT. ARAM
DE. SVO. MAXIMAM. POSVIT. IDEMQ. DECRETO
ORDINIS. CVM. A. SOLO. AERE COLLATO.
PERFICIENDVM. CVRavit. IN CVIVS. DEDICAT
SINGVLIS. IN. COLLEGIO. XX.... N. DED
DEDICATVM. XII. KAL. AVG. ORFITO. ET. MAXIMO
COS
SI. QVL CLYPEVM. PONERE. VOLET. DABIT. ARKAE. II. N.
* PONTIFI * HS. * PON. HS.

Maxi-

(ξ) V. 845.

(ο) Grut MXIV. I.

Maximus, et Orfitus Consulatum gessere anno V.
C. DCCCCXXIV. Christi CLXXII. et imperii
M. Aurelii XII. ut perhibet Aelius Lampridius (π)
Horum Consulum mentio itidem fit aliis in mar-
moribus (ϱ) Orfitus Consul II. fuit, ut habet chro-
nicon Alexandrinum, quoniam primum Consulatum
iniiit cum Pudente anno V. C. DCCCCXVII.
Christi CLXV. Denique, ut rem penitus perfici-
am, pro portento ac prodigio habitum, si e tem-
plis arma delaberentur. Lucanus (ς)

*Urbisque laborem
Testatos sudore lares, delapsaque templis.
Dona suis.*

Itemque Statius (τ)

*Sacrisque
Exuviae cecidere tholis.
Ac iterum (υ)*

*Summi delapsum culmine templi
Arcados Eubippi spolium, jacet aereus orbis.*

Livius inter prodigia ponit (ϕ) scuta duo sanguinem sudasse. Verum Plato vir sapientissimus arma hostium ac praesertim Graecorum, cum quibus be-
ne-

(π) In vit. Commodi 12. (τ) Theb. IV. 33.

(ϱ) Grut. CCXXVI. et CCCCIX. (υ) Theb. II. 557.

S. Spon. in Miscell. p. 172. (ϕ) Hist. XXII. 1.

(ς) Phars. I. 556.

nevolentia , amicitia , et observantia potius colenda , et firmando , in templis haud dedicanda censuit , ne alendis odiis ansa ac materia daretur , scelusque duxit inexpiable arma a proprio , et domestico usu ad res sacras referri , nisi si quis Deus aliter edixerit (χ) Coronas potius ex fronde virenti a victoribus in templis Deorum (ψ) ponendas putavit. Adde heic Apophtegma illud Cleomenis Anaxandridae filii (ω) qui interrogatus cur Spartani hostium exuvias Diis non suspenderent οὐ , οὐδὲ δελῶν quia , inquit , e timidis captae sunt.

Huc pertinet lex Romanorum , qua interdictum erat , hostium spolia vétustate corrupta restaurari , ut semper novum aliquod virtutis monumentum pararent , quum viderent priorem gloriam simul cum spoliis intercidere : aut potius , quum tempus signa contentionum cum hostibus habitarum obsecuret , odiosum fore existimabant , et nimii discordiarum studii , spolia reficere aut innovare , ut causam ac sensum hujus legis Romiae explicare , vel , ut melius dicam , divinare conatur Plutarchus (α) Verum V. C. Daniel Heinsius miratur homini tanto in re tam levi aquam haerere ac legis genuinam , veramque rationem aperit. Romani , inquit , servabant clypeos ; non quod clipei essent , sed quod perfossi : et tela , non quod tela essent , sed

(χ) V. de republ. p. 470.

(ψ) Plato XII. de legib. p. 994.

(ω) Plut. Lacon. Apoth. p. 224.

(α) Quaest. Romau. p. 272.

sed quod servarent cruentum, quod in novis telis
esse non poterat: unde, ut bene Silius (β)

Perfoffi clypei, et servantia tela cruentum,

in templis Deorum affixi. Deinde arma colebant,
non quod tela, et clypei essent, sed quod spolia,
nova enim substituere potuissent, sed non spolia.
Heinsius sententiam suam firmare studet nitidissimo
Antipatri epigrammate, quod e Graeco in Latinum
pariter vertit (γ)

Τὶς θέτο μαρμαίριλα βοάγεια; πὶς δὲ ἀφόρυκτα
Δέργητα ποὺ ταῦτα ἄρραγεας βοέας
Αγκρεμάσας Ἀρπῆ μαστει κόσμον ἀκίσμον;
Οὐκ αὖτ' ἐμῶν ρίψι ταῦτα πὶς ἐπλα δόμων;
Απολοέμων τάδε εοίχεν εἰς οἰνοπλῆξι τερρήμυοις
Κεῖσθαι; καὶ θεργκῶν ἐντὸς Ἐιναλίς.
Σκῦλαμοι ἀμφιδρυκτα ποὺ ὄλλυμένων ἀδε λύθρος
Ἄνδρῶν, εἴπερ ἔφω ὁ βροτολοιχὸς Ἀρπῆ.

Quis clypeis sacram, quisnam splendentibus bastis,

Quis (pudor) illaesa casside cinxit humum?

Mavorti ingratum suspendit gratus honorem.

Di, precor, a nostra sint procul illa domo.

Justius haec Bacchi poterant pendere tabernis:

Haud ea sunt templis, Mars pater, apta tuis:

Mī lacerae exuviae, pulvisque hominumque cruentus

Sint: hominum gaudet caedibus ille Deus.

Cly-

(β) Pun. I. 620.

(γ) Anthol. I. 3.
P

Clypeum quoque sanguine hostium foedatum, qui in bello gestabant, his multum decoris, et ornamenti accedebat. Silius (§).

*Tum clypeum capit aspersum, quem caedibus olim
Celticus ornarat crux.*

Iidemque magis quam alii, strenui ac fortiores habebantur, ut legitur (ε) in Bibliis שְׁנִינָה וְמַרְסָה clypeus fortium ejus est rubefactus.

DE TRO.
PAEIS.

Tropaea in signum victoriae posita, ut ait Hesychius τρόπαι (τρόπαι legit Salmasius) πλευτέρα σύμβολα νίκης. Clypeo tantum in tropaea usi sunt Athenienses (ζ) verum postea universa arma fuerunt collocata, ut inquit Euripides (η)

τρόπαια ιδρύει
Πατευχίαν τῶν πολεμίων.

Tropaea collocantur, quae habent universa hostium arma. Hastis erigi tropaea a Graecis primum, a Romanis deinde moris fuit. Euripides (θ).

ξ ἢ βάσισιον λόγκη μιᾶ
Στῆται τρόπαια.

Non est facile una basta sistere tropaea. Scholia festes εἰς ἢ δορέστων τὰ τρόπαια γίνεται. Jovi, et Junoni hostium spolia in tropaei formam composita dedicabant-

(δ) Punic. V. 143.

(ε) Nah. II. 4.

(ζ) Thucid. IV. p. 221.

(η) Heracl. 786.

(θ) Orest. 711.

bantur. Hinc Διὸς τροπαιός meminit Euripides (ι) Lycophron vero τροπαιάς θεᾶς (κ) hoc est "Heges", ut exponit Scholia: horum quippe beneficio hostes in fugam conversos credebatur: unde τρόπαιον (λ) dictum ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τῇ τροπῇ τῷ εἰχθύῳ. Marti quoque Tropaea dicata. Virgilius (μ)

*Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mexenti ducis exuvias, tibi magne, tropaeum,
Bellipotens.*

Et iterum (ν)

*Arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi, rex Gradive, tropaeum.*

Veteres Romanos ab erigendis tropaeis animo abhorruisse testatur Florus (ξ) nunquam enim *Populus Romanus hostibus devictis victoriam suam exprobavit*. Domitius autem Ahenobarbus, et Fabius Maximus, postquam Allobroges perdomuerunt, tropaea poni curarunt super faxeis turribus armis hostilibus exornatis: Pompejus super montibus eminentioribus, hoc est *in jugis Pyraeneis devictis Hispanis* (ο). Nomina ducum dein inscribere consue-

(ι) Heracl. 936.

(μ) Aen. XI. 5.

(κ) Cassand. 1328. vide etiam (ν) Aen. X. 543.
Sophocl. in Trach. 306. Pausan. (ξ) Hist. III. 1.

in Lacon. p. 237.

(ο) Sallust. VI. p. 132. edit. Amft.

(λ) Schol. in Aristoph. Plut. 453. 1742.

sueverunt , (π) quod sub Augusto continuatum , subscriptis etiam devictarum gentium nominibus (ε) ut inspicitur in Inscriptione , quae aevo Plinii extabat sub tropaeo in Alpibus Augusto erecto.

IMPERATORI. CAES. DIVI. FIL. AVG. PONTIFICI. MAXIMO. IMP. XIII. TRIB.
POT. S. P. Q. R. QVOD. EIVS. DVCTV. AVSPICIISQVE. GENTES. ALPINAE.
OMNES. QVAE. A. MARI. SVPERO. AD. INFERVM. PERTINEBANT. SVB.
IMPERIVM. POPVLL ROMANI. SINT. REDACTAE. GENTES. ALPINAE.
DEVICTAE. SVNT. TRIVMPHINI. CAMVNI. VENNONETES. ISARICL.
et ceter.

Philippum vero , et magnum Alexandrum ulla erexit tropaea negat Pausanias (ς).

**D E F O R -
M V L I S
P R E C V M
Q V I R V S
V O V E N -
T E S S P O -
L I A D I I S
V T E -
R A N -
T V R .**
Spolia hostium Aeschyllo dicta (τ) πολεμίων ἐσθί-
ματα Scholia interpretatur τὰς πανοπλίας omne ar-
morum genus. Vlysses hasce precum formulas ad-
hibuit , quum Dolonis arma Minervae dedicavit (υ)

Χαῖρε θεὰ τοῖσδε στέλεχε. σὲ γέ πρώτης εὐ οὐραπω
Πάντων ἀθανάτων ἐπιβάτομεθ' αλλὰ καὶ αὖτις
Πέμψον ἐπὶ Θρηκῶν αὐδρῶν ἵταπτες τε καὶ εὐράς.

*Gaude Dea hisce : te enim primam in Olympo om-
nium immortalium invocabimus : sed et insuper de-
duc ad Thracum virorum equosque , et contubernia.
Romulus hisce precibus Jovem prosecutus est , et
verba precantia dixit (φ) quum T. Tatii Sabino-
rum*

(π) Liv. XXXVIII. 31. Tacit. (τ) Ad sept. con. Theb. 149.
An. II. 18. (υ) Hom. Il. X. 462.

(ε) H. N. III. 20.

(φ) Liv. hist. I. 11.

(ς) In Boeot. p. 312.

rum regis exuvias dicavit: *Juppiter Feretri haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque his regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem optimis spoliis, quae regibus, ducibusque hostium caesis, me auctorem sequentes posteri ferent.* Graeci priusquam cum hostibus in bello congrederentur, Deos, ut sibi auxiliaturi essent, rogabant, hostiamque promittebant iis sacrificaturi ac tropaea erecturi, precibus secundum eorum mores conceptis, quas servavit Aeschylus (χ) cuius verba, ne diutius antiquitatis studiosos demoreret, e Graecis versata heic visum est apponere: *ego vero regionis urbicustodibus Diis, paganisque, et forum servantibus, neque Ismenium excipio, rebus bene succendentibus, et urbe salva, ovibus cruentantes demum focos, tauros maectantes, Diis heic promitto staturos tropaea, hostiumque exuvias, manubias inimicorum bello captas, domibus puris.*

Symbola vel insignia clypeis adjungere Carum fuit inventum, ut Herodotus (ψ) et Strabo (ω) literis consignarunt, Xenophonti (α) dicta σίγματα ἐπὶ τῷ ασπίδων, Euripidi (β) σημεῖα ασπίδων, Pausaniae (γ) σημεῖα ἐπὶ ταῖς ασπίσι, Vegetio (δ) denique δέρματα. Ponebantur in clypeis variis de causis,

DE CLY-
PEORVM
SYMBQ-
LIS.

(χ) Ad sept. con. Theb. 275.

(β) Phoen. 144.

(ψ) Hist. I. p. 171.

(γ) In Messen. p. 348.

(ω) Geogr. XIV. p. 661.

(δ) II. 18.

(α) Hist. Graec. IV. p. 226.

sis , vel ut terrorent hostes , vel in memoriam revocarent res , quae acciderant , aut res gestas a majoribus , in clypeis depictas , vel caelatas ante oculos statuerent. Plura ac varia insignium genera memorant et Aeschylus et Euripides , quae depicta , vel insculpta in clypeis gerebant Duces sequuti partes Eteoclis , aut Polynicis in nefario , et calamitoso bello ad Thebas confecto. In nonnullis signum erat Gigas , qui totam urbem vectibus convulsam humeris gestabat , vel picti Dracones , qui moenibus mediis efferebant pueros Thebanos maxillis : in aliis depicta Hydra cum centum viperis. Neque figuris sed dictis etiam ac sententiis clypeos decorabant , uti in Capanei clypeo , in quo vir nudus , cui fax in manibus , cum epigraphe ΠΡΙΣΩ ΠΟΛΙΝ *comburam urbem*. Clypeos pariter ornabant rerum eventis , quae acciderant. Vlyssis clypeus pro insigni habuit Delphinum teste Stefichoro (ε) quoniam a Delphino servatus ejus filius in mare e littore prolapsus : unde lucem haurit Lycophron Vlyssēm appellans (ζ) Δελφινόσημον. In numero M. Caecilii Metelli (η) clypeus Macedonicus cernitur in memoriam Q. Metelli avi sui cūsus , in cuius medio caput Elephanti in memoriam pariter proavi sui L. Caecilii Metelli , qui de Poenis in curru

ab

(ε) Plut. de solert. animal. p. 983. (η) Vaill. tab. 28. famil. Caecil.
(ζ) Caffand. 653.



ab Elephantis acto , triumphavit. Draco in Menelai clypeo , is nempe , qui Aulide inter sacra repens , pro (θ) ostento fuit. Soliti quoque insignia Deorum , quos colebant , in clypeis ponere ; uti Mantinenses tridentem Neptuni : quod ex fragm ento quodam poëtae Bacchylidis demonstrat (ι) Didymus Pindari Scholia festes celeberrimus. Persae vero solem , quem adorabant , in clypeis depinxerunt (κ) Gallum etiam in clypeis poni mos inv luit , namque Idomenei clypeus , qui Menois erat nepos , et a Pasiphae folis filia oriebatur , Gallum Gallinaceum pro insigni habuit (λ) qui ut solis sacra avis concelebratur , quod ejus ortum nunciat. Insigne Aristomenis , qui Lacedaemonios vicit , Aquila fuit (μ) passis ad extremos clypei marginis alis. Tarentini vero in clypeis pro insigni Delphicum habuere , quo vectus Taras Neptuni filius regio-

(θ) Paus. in Phoc. p. 763.

(λ) Paus. in Eliac. p. 444.

(ι) In Olymp. V. 38.

(μ) Paus. in Messen. p. 519.

(κ) Tertullian. in Apologét. 16.

gionem illam incoluit ac urbem a suo nomine **Taren-**
tum denominatam extruxit , uti in numo visitur (v).



Fulmen clypeis Romanorum insculptum in Columna
 Trajani cernitur : unde Fulminatrix , de qua me-
 minit Valerius Flaccus , qui vixit imperante Ves-
 pasiano Augusto (ξ)

*Cuncta phalanx insigne Jovis , caelataque gestat
 Tegmina dispersos trifidis ardoribus ignes :
 Nec primus radios , miles Romane , corusci
 Fulminis , et rutilas scutis diffunderis alis.*

Hujus clarissimi poëtae locum humaniter mihi indi-
 cavit vir doctrina , generis nobilitate ac moribus
 praestans Carolus Firmianus Augustorum a cubiculo
 honorario ac Confessus Aulici imperialis a consiliis.

Verum saepissime eveniebat , ut insignia in cly-
 peis posita , res gestas a majoribus , a quibus ortum
 ducebant , in memoriam traderent , ut sequentes
 po

(v) Beg. p. 322.

(ξ) Argon. VI. 55.



posteri eas imitarentur atque aemularentur : quod significare videtur Scipionis clypeus in Rhodano prope Avenionem inventus anno MDCLVI. (o) quem eodem anno clarissimus Sponius publicavit. Argenteus est pondo librarum viginti et unius , diameter ejus duorum pedum , duorumque pollicum , quem possidebat Octavius de Mey Lugdunensis , nunc vero illum conservat Musaeum locupletissimi regis Galliarum. Hunc Clypeum ex Argento Hibero fuisse elaboratum non inverisimile videtur quoniam Varro apud Nonnum *scuta caelata Hibero argento* commemorat : atque una cum impedimentis in Rhodano demersum. * Scipionem * Fig. 1. exhibet sedentem , qui hastam tenet ac suppedaneo fulcitur , juvenique Hibero principi nobilissimo Celtiberorum , cui Allucio nomen erat , sponsam concedit , parentibus , cognatisque virginis eximiae formae convocatis. Hujus facti historiam Polybius (π) , et Livius (ε) enarrant , Silius vero , qui sub Domitiano vixit , longe concelebrat carminibus (s)

*Quin etiam accitus populi regnator Iberi ,
Cui sponsa , et sponsae defixus in ossibus ardor ;
Hanc notam formae concessit laetus , ovansque
Indelibata gaudenti virgine donum.*

Si-

(o) Spor. In Miscell. p. 152.

(π) Hist. X. p. 593.

(ε) Hist. XXVI. 50.

(s) Punic. XV. 270.

Q

Similis historia insculpta inspicitur in clypeo ferreo, qui Musaeum Johannis Woodwardi Londinensis condecorat. Jacobus Gronovius V. Cl. *opus antiquissimi aevi* adjudicat (r) verum Johannes Hearne V. Doctissimus, qui illum vidi, manibusque contrectavit (v) quum in eo conspiciantur Amphitheatra e lapidibus strata, quae apud Romanos post Augusti tempora in usu esse coeperunt, mediae antiquitatis esse existimat, atque *ab aliquo e gente Furiana, forsitan ab illo, qui arte militari sub Claudio inclaruit teste Tacito in Annalibus*, factum non temere arbitratur. Clypei delineationem heic apponi curavimus: repraesentat hinc Gallos, et Brennum, cuius ductu Capitolium captum, pensantes aurum: parte alia Camillum, qui Romanis suppetias venit, Gallosque fugavit. Silius Cryxi * Bojorum ducis meminit, qui Celtas, et Capitolium captum inque clypeo caelatum gestabat (φ)

• Fig. 2.

*Ipse tumens atavis Brenni se stirpe gerebat
Cryxus, et in titulos Capitolia capta trabebat.
Tarpejoque jugo demens, et vertice sacro
Pensantes aurum Celtas umbone gerebat.*

Scaevola alter antecessoris sui historiam in clypeo posuit (χ)

Du-

(r) Epist. LXVII. ad Clar. Magliabecum. dit. Oxon. 1708.

(v) In not. ad tom. VI. Livii e- (χ) Sil. Punic. VIII. 385.



S. Kleiner sculpsit.

*Dicit avis pollens, nec dextra indignus avorum
 Scaevola, cui dirae caelatur laudis honora
 Effigie clypeus. Flagrant altaribus ignes:
 T'byrrhenum valli medio stat Mucius ira
 In semet versa, saevitque in imagine virtus.*

Mucii Scaevolae historia pluribus in gemmis, qualem designat idem Silius, visitur apud Gloraeum, et Leonardum Augustinum. Ovidius Nileum pariter memorat, qui se filium Nili jactans, Nili effigie clypeum exornabat (ψ)

*At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
 Ementitus erat, clypeo quoque flumina septem
 Argento partim, partim caelaverat auro.*

Neque praetereo Virgilium (ω) quem posteriores poëtae cuncti sunt imitati, ubi de Aventino Herculis filio, qui

*Clypeoque insigne paternum
 Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram.*

A Graecis id Latini acceperunt praesertim a Tragicis. Euripides (α)

Ἐμίσημον ἔχων οἰκεῖον τὸ μέσω σάκῳ.

Tenens domesticum signum in medio clypeo. Milites autem gregarii clypeos nullo insigni decoratos ge-
re-

(ψ) Met. V. 187.

(ω) Aen. VIII. 657.

(α) Phoen. 1114.

rebant, expolitis tamen, et splendidis utebantur:
unde Aeschylus de Argivis (β)

Βοῶ ὑπερ τειχέων
Ο λεύκαστης λαός.

Clamat super moenibus populus albis clypeis. Non
secus Euripides (γ)

Λεύκαστην εἰσερῶμεν Ἀργείων σεργετόν.

Albis clypeis decorum prospicimus Argivum exercitum. Scholiafestes Ἀργεῖος λαός λευκήσ ασπίδας ἔχων.
Verum λευκὸν heic interpretari licet λαμπεῖν fulgidum. Hesychius λευκός, λαμπεῖς. Nec aliter Scholiafestes Callimachi in hymnum Cereris: unde Homerus inquit.

λευκὸν δὲ οὐ νέλιος ως.

Poëtae Arabes **أَبْيَضُ** *album* dixerunt gladium striatum ob splendorem. In Hamasa extat.

وَابْيَضُ مِنَ الْحَدِيدِ صَقِيلٌ

Et Album e ferro politum, hoc est gladius strictus.
Ibidem iterum

ضَرِينَا الْعَدِي بِبَيْضٍ صَوَارِمٌ

Caedimus hostes albis secantibus. Sed e diverticulo in viam redeamus. In Virgilio quoque legitur (δ)

Par-

(β) Ad sept. con. Theb.

(δ) Aen. IX. 548.

(γ) Phoen. 1106.

Parmaque inglorius alba.

Id est pura , et candida , ut notat Servius , quae peculiariis tyroni , vel donec quid ediderat , quod picturae decus mereretur. Talis erat Amphiarii clypeus omni carens insigni apud Euripidem.

χ σημεῖον ἔχων
Τέλεσμαί αλλὰ συμφρόνως αὐτῷ ὅπλα.

Non habens signa arrogantiam significantia , sed modeste signis carentia arma. At contra scuta picta , ducibus , spectatisque viris erant concessa. Virgilius (ε)

Et picti scuta Labici.

Idemque versicoloria arma nominat (ζ)

Astur equo fidens , et versicoloribus armis.

Hoc est depictis per quod bellicosus ostenditur , ut explicat Servius.

Verum priusquam rem tantam , tamque praeclaram relinquam , de clypeis inscriptis aliqua heic dicere cogitavi. Clypeos Antiqui non modo figuris , symbolisque , verum etiam inscriptionibus decorabant : quod Virgilius *rem carmine signare* dixit (η) In Demosthenis clypeo ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ , bonae fortunae erat inscriptum , γεράμματι χρυσοῖς aureis

DE CLYPEIS INSCRIPTIONIBUS.

(ε) Aen. VII. 796.

(η) Aen. III. 287.

(ζ) Aen. X. 181.

reis literis (9) Clypeus quoque Gydiae Atheniensis (1) quo fortiter contra Gallos pugnaverat, Jo- vi Liberatori dedicatus, hanc habuit epigraphen.

Η ΜΑΛΛΑ ΔΗ ΠΟΘΕΟΤΣΑ ΝΕΑΝ ΕΤΙ ΚΤΔΙΟΤ ΗΒΗΝ
ΑΣΠΙΣ ΑΡΙΖΗΛΟΤ ΦΩΤΟΣ ΑΓΑΛΜΑ ΔΙΙ
ΑΣ ΔΙΑ ΔΗ ΠΡΩΤΑΣ ΛΑΙΟΝ ΠΟΤΕ ΠΗΧΥΝ ΕΤΕΙΝΕΝ
ΕΥΤ ΕΠΙ ΤΟΝ ΓΑΛΑΤΑΝ ΗΚΜΑΣΕ ΘΟΤΡΟΣ ΑΡΗΣ

*Gydiae erat parma haec juvenili corpore clari,
Hospes, quam sacram conspicis esse Jovi.
Huic cubitum inferuit flammato corde sinistrum,
Quum premeret Mavors armipotens Galatas.*

In scutis Macedonum, quos Pyrrhus rex bello subegit ac in templo Jovis Dodonaei collocavit, hoc epigramma inscriptum (x)

ΑΙΔΕ ΠΟΤ ΑΣΠΙΔΑ ΓΑΙΑΝ ΕΠΟΡΘΕΣΑΝ ΠΟΔΤΧΡΤΣΟΝ
ΑΙΔΕ ΚΑΙ ΕΛΛΑΔΙ ΤΑΝ ΔΟΤΛΟΣΤΝΑΝ ΕΠΟΡΟΝ
ΝΤΝ ΔΕ ΔΙΟΣ ΝΑΩ ΠΟΤΙ ΚΙΟΝΑΣ ΟΡΦΑΝΑ ΚΕΙΤΑΙ
ΤΑΣ ΜΕΓΑΛΑΤΧΗΤΟΥ ΣΚΤΛΑ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΣ

*Ditibus haec Asiae terris, opibusque potita
Jam premere audebant Hellade Servitio,
Sacra Jovis templo pendent, quae affixa columnis,
Erepta Emathii scuta cruenta viris.*

Adde alteram Inscriptionem, quam idem Pyrrhus po-

(9) Plut. in vit. Demosth. p. 855. (x) Paus. in Attic. p. 31.
(1) Paus. in Phoc. p. 849.

posuit super scutis Gallorum in templo Minervae Itonidis suspensis , quod inter Pheras , et Laryssam extabat (λ)

ΤΟΤΣ ΘΥΡΕΟΥΣ Ο ΜΟΛΟΣΣΟΣ ΙΤΩΝΙΔΙ ΔΩΡΟΝ ΑΘΑΝΑ
ΠΥΡΡΟΣ ΑΠΟ ΘΡΑΣΕΩΝ ΕΚΡΕΜΑΣΕ ΓΛΑΤΑΝ
ΠΑΝΤΑ ΤΟΝ ΑΝΤΙΓΟΝΟΝ ΚΑΘΕΛΩΝ ΣΤΡΑΤΟΝ ΟΥ ΜΕΓΑ ΘΑΥΜΑ
ΑΙΧΜΗΤΑΙ ΚΑΙ ΝΤΝ ΚΑΙ ΠΑΡΟΣ ΑΙΑΚΙΔΑΙ

*Hos tibi Gallorum clypeos rex donat , Itoni ,
Pyrrhus ab audaci rapta tropaea acie
Viribus Antigoni fractis ; jam maxima in armis ,
Quae fuit Aeacidum gloria , semper erit.*

Delphis Titus Quinctius Flaminius Romani exercitus imperator clypeos argenteos , et scutum suum dedicavit , postquam debellato Philippo Macedonum rege , Graecos in libertatem restituit , eosque inter se conciliavit benevolentia , atque in eo epigramma istud inscripsit (μ)

ΖΗΝΟΣ ΙΩ ΚΡΑΙΠΝΑΙΣΙ ΓΕΓΑΘΟΤΕΣ ΙΠΠΟΕΥΝΑΙΣΙ
ΚΟΤΡΟΙ ΙΩ ΣΠΑΡΤΑΣ ΤΥΝΔΑΡΙΔΑΙ ΒΑΣΙΔΕΙΣ
ΑΙΝΕΑΔΑΣ ΤΙΤΟΣ ΤΜΜΙΝ ΤΠΕΡΤΑΤΟΝ ΩΠΑΣΕ ΔΩΡΟΝ
ΕΔΗΝΩΝ ΤΕΤΣΑΣ ΠΑΙΣΙΝ ΕΔΕΤΘΕΡΙΑΝ

Di-

(λ) Paus. in Attic. p. 31.

(μ) Plut. in vit. T. Flam. p. 376.

*Dicite Io celeri , quibus est equitare voluptas ,
 Voce , Jovis soboles , dicite Tyndaridae
 Io Lacedaemonii reges : nam munera dextra
 Vobis summa Titus praestitit Acneades.
 Nam libertatem reparavit Grajugenarum ,
 Triste tyrannorum , quae tulit ante , jugum.*

Lacedaemones in clypeis Λ caelabant , ut a ceteris distinguerentur , et agnosci milites possent. Pausanias (ν) σημεῖα Λακωνικὰ ἐπὶ ταῖς ασπίσι appellat : unde Eupolis dictum illustratur ἔξεπλάγνη ψῆφοι τὸν σύλβουλα τὰ Λαυρέδα , id est τὰς Ἀργολικὰς ασπίδας , ut explicat Eustathius. Sycionii autem Σ collocabant in clypeis (ξ). Verum in scutis Romanorum , ut mos invaluit , erat inscriptum *nomen militum* (ο) et *ex qua essent cohorte , et quave centuria*. Quod Julianus , ut opinor , excogitavit , qui , quum a Domitiano curam belli Dacici accepisset , quo facilius , qui fortiter gessissent , aut turpiter fecissent , cognoscerentur , militum sua , et centurionum nomina (π) clypeis inscribi praecepit.

Quod superest rationem , modumque exponamus , quem Veteres adhibebant , in imprimendis literis aureis , vel argenteis in clypeis ac primum de Inscriptione ΑΓΑΘΗ· ΤΥΧΗ· qua Demosthenes

(ο) In Messen. p. 348.

(π) Veget. II.

(ξ) Xenoph. IV. Hist. Graec. p. 226. (π) Dio hist. LXVII. p. 764.

nes literis aureis clypeum suum exornavit. Graeci τέχνη ἐμπαισικὴ artem imprimendi, vel incudendi dixerunt illam, quae docet, quomodo literae aureae, clavi, et bullae in argentum vel aes extrinsecus adiguntur, deprimuntur, quod auro includere, vincire, vel ligare Latini nuncuparunt: Graeci vero, quae sunt auro inclusa, χρυσόδελτα aut χρυσόκλειστα. Idque hand aliter peragi potest, nisi, ut celte vel scalpro, excavato argento, vel aere, locus detur literis, vel clavis aureis: quamobrem hi artifices scalptores, cavatores, et cavitarii dicti. Nonnulli apud Athenaeum (ε) quem exscripsit Eu-
stathius (ς) sic explicarunt Homeri locum, ubi de Nestoris poculo argenteo aureis clavis transfixo agit (τ)

Πάρδε δὲ δέπτας τελικαλλὲς ὁ οἰκοθεν ἦγ' ὁ γεργίος
Χρυσεῖοις ἥλοισιν πεπαρμένον.

Juxta etiam poculum perpulchrum, quod domo attulerat senex, aureis clavis prefixum. Idemque poëta celeberrimus sceptrum Achillis repreäsentat

Χρυσεῖοις ἥλοισιν πεπαρμένον. (υ)

Aureis clavis transfixum. Gladius et Agamemnonis, et Patrocli, qui postremus erat aereus, aureis clavis pariter ornabatur (φ). Eadem ratione De-

(ε) Deipn. XI. p. 488.

(υ) Il. I. 246.

(ς) In Iliad. XI. p. 816. n. 50.

(φ) Il. XI. 30. Il. XVI. 135.

(τ) Il. XI. 631.

Decreta Senatus in Caesaris honorem literis aureis in columnis argenteis fuerunt incisa , ut narrat Dio (χ) τὰ περὶ δόγματα , τὰ τῶν τάτων γνώμενα ἐσ μὲν σύλλας αἰργυροῖς χρυσέοις γραμμαῖσιν σκέψασθαι. Interpres Latine fecit perscripsierunt : clarius vero dicitu*inciderunt*, sculpsierunt. Γράψαντα , ut explicat Hesychius , denotat τὸ ξένη , χάραξαν , ἀμυζαν. Accedit quoque Scholiafestes Theocriti (ψ) γράψαν τὸ ξένη οἱ παλαιοὶ ἔλεγον. Item Eustathius (ω) γράψαν ὁ ἐπί ξένη. Haud dissimili modo in lamina aurea summi Pontificis Hebraeorum erant insculptae literae aureae יהוה יְהוָה sanctum Domino , atque intus impressae , et incisae , non tamen extrinsecus adjectae , uti literae aureae in clypeo Demosthenis , atque in columnis argenteis Caesari erectis , vel clavi aurei in poculo argenteo Nestoris infixi. Hinc male in Bibliis Graecis legitur γράμματα σκητευπόμενα σφραγίδος , potius σκητευπόμενα , nam ἔκτυπα quae prominent , atqui σκητύπωμα quod intus est depresso , et incisum. Clemens Alexandrinus (α) de gemmis signatoriis haec habet & διειδώλων τεχνώπατρα σκητευπόμενον neque idolorum sunt incudendae facies in annulis Christianorum. Appianus Alexandrinus (β) verbo τυπῶν utitur , quum de Hannibale loquitur , qui ἐπύπωσεν ἐπισολὴν τῇ σφραγίδι Μαρκέλλῳ epistolam an-

(χ) Hist. XLIV. p. 243.

(ψ) In Idyl. VI. 28.

(α) In Iliad. VI. p. 489. n. 20.

(ω) Paedag. III. p. 247.

(β) De bello Hannib. p. 343.

annulo Marcelli obsignavit. Sic in veteri Bibliorum versione (*quae*, ut inquit D. Augustinus (*)) *est verborum tenacior cum perspicuitate sententiae*) (γ) *scripserunt* (in ea lamina) *opere gemmario sanctum Domino*, hoc est instar חותם אפריטום *aperitionum sigilli*, *interpretes Graeci habent γλύπμα σφραγίδος* ac *Syrus* ﻢوامن ﺖـ ﺔـ *sculpturae sigilli*. Literae enim erant incisae eodem modo, quo lapides annulorum ad signandum facti, scalpi, cavarique solent, quos Latini *gemmae* (δ) Graeci *σφραγίδες* nominant. Talis erat *σφραγίς signatoria* Smaragdus, opus Theodori Samii qui artem incidendi gemmas reperit, dicta (ϵ) *σφραγίς ἐπὶ τῷ λθε σμαραγδῷ sigillum in lapide Smaragdo*, quod gestabat Polycrates Sami tyrannus, cuius gemmae insignis primus omnium meminit (ζ) Herodotus.

(*) De Doctr. Christ. II. 15.

(δ) Plin. H. N. XXXVII. 8.(γ) Exod. XXXIX. 30. XXVIII.(ϵ) Paus. in Arcadic. p. 629.

II.

(ζ) Hist. III. 41. p. 42.

F I N I S.

Menda, quae irrefuerunt, sic corrigit.

		Menda	Corrections
Pag.	2. vers.	18. profodientes	perfodientes
8.	5.	nominibus	utuhetur
9.	14.	μητροφάλλοι	μητροφάλλοι
10.	17.	ΚΟΙΝΟΝ	Σ Ε Β Α Σ Τ Ο Ζ
11.	12.	extendit	offendit
12.	12.	ipsa	ipso
14.	14.	induxit	induit
15.	9.	ἴσι	ἴσι
16.	8. (a) 106		et
20.	14.	et	Athen.
21.	2.	Attr.	habiterat
27.	24.	habitarit	quando
28.	24.	quanao	di
32.	9.	άλι	άλι
34.	23.	αιγανοί	αιγανοί
35.	19.	σάμων	σάμων
39.	19.	Aegyptis	Aegyptiis
41.	7.	οχυρόταν	οχυρόταν
48.	10.	Antonius	Antoninus
54.	23.	αριζηλεῖ	αριζηλεῖ
55.	1.	Divinus	Divinum
62.	5.	πέτρην	πέτρην
71.	8.	ψάνων	ψάνων
75.	8.	αὐθίς	αὐθίς
92.	7.	ΝΙΚΗΕΑΣ ΑΡΓΩΝΕ	ΝΙΚΗΣΑΣ ΑΡΓΟΥΣ
93.	15.	solennitas	solemnitates
97.	15.	ιστὶ	isthaec
	14.	Mumantiam	Numantiam
104.	14.	Ἄνθηλος	Ἄνθηλος
105.	13.	bellaque.	bellaque,
106.	3.	Illium	Ilium
107.	7.	Σ Ε Β Α Σ Τ Ο Ζ	Σ Ε Β Α Σ Τ Ο Ζ
109.	3.	Παρδ.	Παρδ.
119.	10.	Menois	Minois
	15.	marginis	margines
120.	4.	unde	Legio
121.	9.	locupletissimi	locupletissimum
123.	7.	Hellade	Hellada
127.	6.	ΑΝΤΙΓΟΝΟΝ	ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ
	18.	ΙΠΠΟΣΥΝΑΙΣΙ	ΙΠΠΟΣΥΝΑΙΣΙ

adde

